precedente die ꝑnunciauit sue vite finē adesse ¶Et cū fuisset annū septuagesimū supgressa Aduenīēte iā termio ꝑnūcia to vocata familia q̄ fieri oportēt edixit ac demū Birghero filio et Katherina filia tūc supstitib⁹ accersitis ⁊ de multis cōmonitis. vt sup oia in dei timore et a more ꝓximi ac scis pseuerarēt opib⁹ vl tima cōfessione ꝛbite facta sūpto viati co et extrema vnctiōe delibuta cū vsq; ad flatus emissionē sua meōna integra ꝓduraſſet dū missa coā se celebraretur post adꝛatū corpus xp̄i oculis elevatis ad celū dicēs ¶In manus tuas dñe com mēdo spm̄ meū vocāti bene meritā aiaz reddidit creatoꝛi ¶Extimplo de trāsitu hui⁹ vidue veneraīe mag̃ fit fama ꝑ vr bē concurrit frequēs ppl'us cū sūma de uotōe ac reverētia sacrū vidre corpus deū vnanimit̄ gl'ificās et collaudans ad monasteriū sci Laurēcij supdictū vbi se indicarat funus in longe maioꝛi populi frequētia deferē,et ꝑ nimia ml'titudine vsq; ad biduum apte nō potuit sepeliri qō tū cū eximia dei laude fuit humatū. ¶Dum aūt celebꝛis hec vidua neapoli ꝛe geret nolanēm quedam ml'r pictiolella noie,que violentū mali spūs in hūanaz se ymaginē trāsformātis paciebat accu bitū cui nec fortum vigilie aut excubie obsistere potuerāt ¶Ad vidua scāz accef sisset eā sup tali materia ⁊ expediēti re medio cōsultura. ¶Dor vidua ꝑcellens et secreta ml'eris ꝑuidens q̄siuit a ml'ere an secū aliq̄d arte magica ꝓpilatum vl' quid tale ꝛeferret ¶Cū illa rndisset q̄ nō ¶Egregia vidua subiecit. ¶Quere i capil lis seu tricis tuis ⁊ contrariū inuenies. ¶Cōfusa et recordata ml'r q̄ certū breue cū caracteꝛib⁹ ⁊ cātamie ꝓpis habebat in crimib⁹ suū fuit errōe sponte fassa ¶In signis aūt vidua inuenit. ⁊ suasit illi vt ꝛeuote cōfiteret. ⁊ veracit̄ peniteret et cōmunicaret/ac eciā ieiunaret,qō ⁊ fe cit. ac meritis ⁊ ꝑcib⁹ memoꝛate vidue nūq̄ similē accubitū passa fuit. ¶Cū autē spectabil'hec vidua de longa pegrinati one ad oꝛtonā theatuenſ dyocef. terrā in qua btissimi thome apl'i reliq̄ꝛ pars magna seruaſ. vice scōa supuenisset fue rat eni antea longe ꝑ visionē sibi reuela tum. q̄ scōa vice sui aduentus ad ipam terrā ꝛeuotum eius desiderīū impleret ¶Et dū stās reliq̄as ꝛeuotione solita visi taret Joē apl'us deuote vidue apparēs dixit. dabo tibi diu ꝛesideratū. ¶Et mox nemine tangēte vel alias impellente ꝛe capsa reliq̄arū quoddā frustulū vnius ossis dicti apl'i suapte vidue expectātis prosilijt ad manus qō illa cū gaudio ac ꝛeuotione recipiēs sūma vnratione ser uauit ¶Fuit q̄z hec admirabilis vidua dū oꝛatōi ⁊ ꝓtēplationi vacaret ꝑ pleraſq; deuotas psonas elevata a tra ꝑ homis mensurā vel circit̄ cum splēdida ⁊ radi ante facie sepe visa ¶Funus nōdum erat traditū sepulture cū ml'r quedā agnes de cōtessa nomine in vrbe cōmoꝛans q̄ a natiuitate guttur hēbat grossissimum ac deforme cū alijs veneraīdum cucur rit ad funus. et cū ꝓpa zona manus sce iacētis birgitte cū deuotōe tāgi feciſſet zonā eāem simli deuotōe circumduxit ad collū. et paulo post guttur ꝛetumuit et ad conformitatē debitam diuino mi raculo fuit redactum. ¶Ierū frācisca ꝛe sabellis dicti monasteriū sancti Laurēcij monalis. que biēnio debilitatē ⁊ aduer sam stomachi valitudinē passa fere sem per lecto decubuerat infirma. et hono raīde vidue famliaris fuerat dum ad huc insepultum corpus intra clauſtrum seruaretur cū graui laboꝛe de lecto sur rexit tā longā infirmitatē paciens et ad iuta peruenit ad feretrum ⁊ secus illud iacuit tota nocte nec deum desijt cū de uotōe et instantia deprecari. q̄ meritis et precibus vidue cuius corpus aderat tam molesta tamq; diutina valitudie in tantum saltem alleuiaretur. q̄ cum reli quis monialibus diuinis officijs inteſſe et per clauſtrum cum expediret aduta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per neminem ire posset. Et mane facto repperit se circa ꝓpũ sanitatē corporis efficacius remediũ ꝙ deprecata fuerat impetrasse vex vt ꝛus bñdictus huius dilecte vidue mũto magꝭ merita ꝛmonstraret Cõtigit vt elseby snara mulier dicte Lincopeñ dyocesꝭ. cũ infantuluz mortuũ pepissz sũmo dolore plena ac tãm ad se reuersa ꝛũ prece hũili exoraẽt ꝙ meritis vidue tãtopē celebrãde infantulus vitã suscipet. ⁊ emisso voto ꝙ cũ infãtulo si ad vitã veniret. et ymagine cerea sepulchũ vidue sc̃e visitaret Extimplo infãtulus calescere. ⁊ palpitare cepit vitãꝯ plene suscepit. Mulier vero plena deuotiõe atꝯ gaudio votũ impleuit emissum. Sed ꝺo plurib⁹ immoramur cũ ꝛus ompñs hui⁹ alme vidue meritis surdis aures aperuit mutus ligue officium soluerit tremul' paraliticis solidꝭtatē prebuerit curuis erectoem contractis et inualidis libũ bñficiũ gradiẽ di cecis visum mulieribꝰ partu ꝑiclitãtibus liberationẽ morbis alias incurabilibz sanitatẽ Naufragos et aqs vehemẽtibus laborãtes portuxerit salutis ad portũ Et si ea que ꝛus bñdictus vidue sepedicte meritis tã illa supstite ꝙ post eius resolutionẽ felicem mirabilia pꝛet et super vires nature fuit operatus. nec ꝛsinit opari vellem⁹ ꝑ singl'a recensere Nos alijs diuersis implicatos lõga valde in tali recitatõe prolixitas ꝛtineret. possunt tñ fidles audi talia gesta ꝓscere libũ in quo fideliꝭ annotanꝭ ꝓquirere curiose Dicta aũt apud monasteriu i Watzsteno supradictũ ad qõ venerabile corpus hui⁹ bñdicte vidue trãslatum fuit ꝓsoluta ⁊ apposite ymagies ac statue magnũ testimoniũ ꝓhibẽt veritati. Et qm̃ ꝑ sci spũs opationẽ hec vidua pernigil ꝑ excellẽtia merita in dei patris gl'ia collocata militantẽ ꝓpe modũ illustrat eccl'iam Nosꝙ gustam⁹ ⁊ videmus qꝛ bona fuit et est negociatio eius et ꝓterea in nocte supuenientis tpalis mortis eius virtutũ ⁊ meritoꝝ lucerna non ꝛbet extingui. Est enī nõ sub modio sed sup cantꝛlabrum posita. et ꝑ dñi vniuersam domũ inextinguibile lumẽ affert quin pocius filij sc̃tẽ matris eccl'ie surgãt. et beatissimã predicẽt eiꝯ dẽt ꝛ fructu manũ suaꝝ. lauꝛntꝯ eã in portis matris eccl'ie opa eius Nos qui proiniũcto misterij pastoralis officio sum⁹ sapientibus et insipientib⁹ ꝛbitores per ea que tã de felicis recordatiõis gregorij. xj. ⁊ vrbani sexti romanoꝝ pontificũ ꝑdecessoꝝ nr̃oꝝ ꝙ nr̃o mãdato super hijs habita sunt de veritate premissoꝝ ꝑ testes ydoneos et alias probac̃oes legitimas certi⁹ informati eisꝯ veris compertis Et pro parte carissime filie i xp̃o filie nostre Margarete Regine swecie illustris. ac ꝑlatorum et procerũ regni sui. necnõ dilcoꝝ filioꝝ ⁊ ꝓpli officialiũ alme vrbis. ac dilectarum in cristo filiarum sci Laurẽtij. et de Watzsteno mõasteriorum ꝑdictoꝝ abbatissarum conuẽtuum sepius. ⁊ cum instãtia req̃siti i nomine dñi. vt iã tantꝛm viduã eius celeberrimã bñdicẽtes bñdicamus. ⁊ super eã efflꝛeat scificatio nr̃a. Ad honorem dei omnipotẽtis. patris et filij et spũs sci et ad exaltationẽ orthodoxe fidei et xp̃i ane religionis augmentum. Necnõ ad sedatõez scismatis ac fꝛi ⁊ eccl'ie vnionem Autoritate ipsius ꝛi omnipotentis patris et filij et spiritus sc̃ti. ac beatoꝝ apl'oꝝ Petri supdicti et Pauli atꝯ nr̃a de frm̃ nr̃oꝝ cõsilio et assensu oimꝯ prelatoꝝ in romana curia cõsistentium decernimus ꝛclaram⁹ diffinimus siue pronunciam⁹ bone meõue btãm Birgittã. alias brigidã sup̃ sepius noiatã sc̃am esse et tanꝙ sc̃am ab vniuersali eccl'ia veneran. ac sctõꝝ cathalogo ascribi ꝛbere ⁊ ipsã nũc ascribim⁹ de pñti Statuẽtes vt ab vniuersali eccl'ia anno quolibet i die qua illã post devictũ triumphatũꝯ mũdum in ꝑpetuas eternitates pñs vita ꝑ turꝛit. vꝛlicz decimo kalẽdas augusti.

festum ipius et officiū sicut pro vna sctā non ⁊gine nec martire ⁊uote ⁊ solēnit celebret Et vt ad vñrabile sepulchrum ipius ardētius et affluētius xpifidelū cō fluat mltitudo, et eiusdē scē celebrius co latur festiuitas, et ei⁹ nomē crebrius re colat, Autoritate predcā oibus vere pe nitētibus et cōfessis, qui sepulchrū eius huiusmōi apud ipsū monasterū i Watz steno in eusdē festi. Necnō quito kalen Junij q̄ videlicz die huiusmōi corp⁹ ve nerandū apud ipsū monasteriū translatū fuit, et sub ad pñs occurrētib⁹ diebz deuote visitauerint, Annuati singul' vi delicz eorundē dierū diebus, qbus dic tum sepulchrū visitauerint vt prefertur septē Annos ⁊ totidē q̄dragenas de iniūctis eis penitētijs misericorditer relaxa mus, Quo circa vniuersitatē vām mo nem⁹ req̄rimus, ⁊ hortam̄ attēte vobis nichilominus in ⁊tute scē obediētie, et ad eternoz premioz augmentū districtius iniungentes, Quatenus pñtes nras lras cleris et pplis vris Autāte nra solēnit publicātes, festum huiusmodi venerabil' scē cū solēnitate debita celebretis, et fa ciatis eciā celebrari oñipotentē deū, a quo sctā ꝛsideria recta consilia et iusta sunt opa totis cordis affectib⁹ humilit deprecātes, vt eiusdē scē precibus et me ritis exoratus, det seruis suis illam quā mundus dare non potest pacē, vt ⁊ cor da nra mādatis suis dedita, et hostium sublata formidine tpa nra sint sua protec tione trāquilla, nobisq̄ p̄cedat vt post pactum nre villicatois ministeriū, vna cum credito nob grege mereamur ad sempitna gaudia puenire, Datū rome apud scm̄ Petrū/nonas Octobris, pō tificatus nostri Anno secundo

Sequit cōfirmatio ca nonizationis beate Birgitte, p Adarti

(num papam quintum,

Martinus epūs seruus seruo rū ꝛi Ad ppetuā rei memo riam Excellentū principū ꝛo presertim ⁊ romane eccl'ie ⁊uotoz desiderijs libē ter annuim⁹ illaq̄ precipue cū ad ortho ⁊xe fidei consolidatōem xpifideliū cō sciarum serenationē aliasq̄ ad xpiane religionis augmentū ceꝛre dinoscunt fauoribus p̄sequmur oportunis, Dudum siquidē quondā bonifacius non⁹ i sua obediētia ꝛ qua ptes ille tūc erāt nun cupatus ꝛ origine vita ⁊ moꝛib⁹ aliūsq̄ mltiplicibus pijs ⁊ scis ac ⁊tuosis opi bus, necnō miraculis preserti tūc expres sis que de⁹ bñdictus in premiū scitatis btē vidue Birgitte/quā vulgares brigi dam appellabāt, put appellāt tam illa supstite q̄ post eius resolutōem felicem pret et sup̄ vires nature opari, ⁊ mūdo monstrare dignat⁹ fuerat, nec opari ꝛ sierat per ea que tā de felicis recordati onis gregorij pape, xj, predecessoris nri Et quondā vrbani, vj, in eadē obediē tia, in q̄ ipsi Bonifatio imediate p̄cesse rāt noiati q̄ suo mandato sup̄ hijs p tes ytoneos et alias pbatōes legittias habita fuerūt certius informat⁹, Et p parte recolete memorie Margarete re gine Swecie ac prelatoz ac p̄cez reg ni eius, necnō dilectoz filioz ppli ⁊ of ficialiū alme vrbis, ac alioꝝ plurimoz cristifideliū sepius et cū instātia requisi tus ad honorē dei oñipotentis pūs et filij et spūs sancti, Et ad exaltationem orthodoxe fidei et cristiane religionis augmentum, Necnon huiusmodi ad se dationē detestabilis scismatis tūc vigē tis ac fidei et ecclesie vnionē autoritate ipsius ꝛi, patris ⁊ filij et spūs sancti, ac beatoz apl'oꝝ Petri ⁊ Pauli atq̄ sua de frm̄ suoz cōsilio et assensu oimq̄ pla toꝝ in sua curia cōsistentiū ꝛcreuit de clarauit diffiniuit siue pnūciauit p̄fatā Birgittā scām esse: ⁊ tanq̄ scām ab vni uersali eccl'ia vñrari, ac scoz cathalogo asscribi debere, et asscripsit, statuēs vt ab vniuersali eccl'ia Anno quolibz in die qua illā post ꝛuictū triumphatūq̄

mundū in ppetuas ēnitates pñs vita pturijt. vidlicz. x°kalenō Augusti. festum ipi⁹ 7 officiū sicut p vna scā nō vgine nec martire devote et solemnit celebrarē. Et vt ad venerabile sepulcrū eius ardenti⁹ 7 affluētius xpifidelū cō flueret mltitudo et eiusdē scē celebrius colerē festiuitas 7 eius nomē celebr⁹ recolerē autoritate p̄dicta oibus vere pemtētib⁹ et cōfessis. qui huiusmōi ei⁹ sepulcrū apud monasteriū in Watzstēo ordinis sci Augustini/sci saluatoris nū cupati Lincopeñ dyocesi p dictā Birgittā fundatū in eiusdem festu. necnō. v kalen Junij/quo videlicz die venerādū ipius Birgitte corpus apud ipm mōasterium translatū fuit. 7 sub tūc occurrētib⁹ diebus devote visitauerint ānuatim singlis/videlicz eorundē dierum quibus dictū sepulchrū visitauerint. vt preferē septē annos et totidē q̄dragēas de iniunctis eis pemtētijs miseicordit relaxauit. put in lris dicti bonifacij de sup confectis quarū tenorem de verbo ad verbum pñtibus inseri fecim⁹ plenius continet. Quare p parte carissimi in xpo filij nri Erici regis Swecie illustris asserētis se ad hoc singularē gerere devotōis affectū nobis fuit humilit supplicatū. vt cum p̄fatū detestabile scisma iā p dei clementiā sedatum existat. dictaq; scā birgitta in p̄fato vñ originē traxit. et alijs circumuicinis regnis et partib⁹. et p̄cipue et communi⁹ p̄ ceteris partib⁹ in diuini nois laudē veneratur 7 colit. 7 devotio habeat ad eandē ad maiorē dicte xpiane religionis augmentatōem bonarūq; memtū et p̄sciarum serenatōem puriorē/decretū declarationem diffinitōem siue p̄nunciationem. necnō asscriptōem 7 relaxationē p̄dicta et alia in dictis lris cōtenta autoritate aplica ratificare 7 approbare et aplico munimie roborare ac defect⁹ si qui in eis forsan inuenerint supplere de benignitate aplica dignarem. Nos igit ipius regis p̄clare eius devotōis 7 sinceritatis affectib⁹. quibus erga deū et nos ac romanam eccliam clarere dinoscit. diligent p̄sideratis in hac parte supplicatiomb⁹ inclinati decretū. declarationē diffinitionē seu p̄nunciationē. necnō asscriptōez 7 relaxationē ac alia in dictis lris contēta huiusmōi rata habentes. et gta ea autoritate aplica tenore p̄sentium ex certa scia approbamus. et eciā p̄firmam⁹ ac pñtis scripti p̄rocinio communim⁹ supplentes oēs defectus si qui forsan intervenerit in eisdem. tenor vero dictarū lrarum añponit. 7 ē talis Bonifaci⁹ epūs seruus seruoz dei. 7c. Nulli ergo omnio hoim liceat hāc paginam nre approbatiōis confirmationis. communitionis 7 suppletionis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄sumserit indignationē oñipotētis dei. et beatoz Petri et Pauli aplorum eius se nouerit incursurum. Datum Florēcie. kal. Julij Pontificatus nostri Anno scdo.

Capm·vi·de ordine p̄cedendi in declaratōe articlorum pñtatorum coram iudice fidei et

Lijs aūt tanq̄ (deputatis generalib⁹ 7 p̄mūibz signis et argumentis approbandū libros scē birgitte nichil aduersū fidei catholice/aut sanctoz doctoz doctrine cōtrarium p̄tinere p̄missis Jam hoc i particulari ostendendū venit. cū p̄testatiomb⁹ suppositis p singlos articlos qui de libris eiusdē extracti tanq̄ suspecti coram reuerēdissimo p̄e et dño cardinali scti petri. Judice fidei in hoc sacro generali concilio Basilien̄si pñtati fuerunt. in quo quidē p̄cessu talis ordo tenebitur. qm̄ primo ponet articulus. prout in codicillo pñtato ab emulis et calūnianti bus aduersus libros reuelationū sancte Birgitte continetur. Secūdo vbi reperitur falsc aut infideliter extractus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sicut sepe actuz est corriget et ponetur veraciter articulus, vt in forma stat i libro originali. Tercio declarabit veritas articuli aut possibilitas eius. qō tanq̄ impossibile calumniantibus visū est, aut saltē sacre scripture, aut sctōrū doctoz approbate doctrine nō ꝓtradicē

Articulꝰ ꝑmus i ordine

PRimus articulus vt iacet i sexterno nobis ꝓsētato ex capitl'o primo primi libri. tr̄

¶ Articulis oibus qui sūt. cxxiij. nūero/grā brevitatis cū suis declarationibus et ꝛefensoꝛijs hiccine pretermissis. Tantūm. cxxiij. articuli et vltimi ꝛefessoꝛū sic ꝓcludit ¶ Et ꝑ ꝓsequens de oibus articulis michi in codicillo ꝓsentatis. quibꝰ oibus ꝓsūeratis. et ꝓfoꝛmiter ad dicta sacre scripture et scōrū doctoꝛ. et ecliā scole bonoꝛ theologoꝛ intellectis. nō apparet michi q̄ liber iste. aut doctrina eius sit suspecta habēda. nec in qualitate. nec in figura. nec in pondere. vt verbis vtar aduersarij. Mō in qualitate sive in specie. cū in ea sit aurū verū doctrine sane Mō in figura. quia ꝓformis ē tam sacre scripture q̄ sctōꝛ doctoꝛ: sicut patet ex suꝑpositis. Tercio nec in ponere gravitatis cū tota referat ad gloriam dei: ꝛ reformatōem populi xp̄iani. Pondus eni vt dicit augustinꝰ amoꝛ ē. põdꝰ meū amoꝛ meus. Tā ḡnioꝛ eni et maioris pōderis doctrina aliq̄ dicat quātomagis ordinatur ad amorē dei nutriendū. fouēdūq̄ in cordibꝰ fideliū. ¶ Sed calumniatoꝛ dicit. q̄ potissime in figura ista doctria videt suspecta. q̄ a modo visionū et doctrine sctōꝛ pīm aliena videtur. sicut i vna visiōe vbi dicit q̄ vidit deum i spē dei. Et in alio loco submittit visiones suas exami. hec ille Quāq̄ locū inuenire in revelatōibus ꝓdictis nō potuerit. vbi ꝟba ista ponant ꝛ ꝑ ꝓsequēs ꝛe eis sicut in multis merito dicere cōvenit. tanq̄ minus fideliter allegatis posset suppleꝛi. tū ad ea plenitudis huiꝰ tractatus grā duxi eciā rn̄endum. Dico eni q̄ tam apud philosophos q̄ apud theologos spēs rei dicat similitudo rei. et cū visio dei in via sive revelatōes fiāt ꝑ aliquas silitudines ꝛepsentativas dei aut eoꝝ de q̄bus fit revelatio/dicente Augustino. xiij. de trinitate/cū nō cognoscimꝰ fit aliq̄ silitudo ei in nobis. nō ē alienū a veritate qō dicit btā birgitta q̄ sez vidit nēū ꝑ speciē dei. i. silitudinē aliquā dei eius itellectui divinitꝰ impssam Mō aūt ꝑ speciē q̄ dicit ipa essentia nuda veritatis Hac q̄ppe spē visio ꝓficit btā in qua idē est obiectū btificās ꝛ species intelligibilis ad quā se ꝓduci exorat ecclesia militās i oꝛōe solēnitatis currētis epiphanie ita dicēs. Deus q̄ hodierna die vnigenitū tuū gētibus stella duce revelasti: cōcede ꝓpicius. vt qui iā te ex fide cognovimꝰ vsq̄ ad contēplandā speciē tue celsitudinis ꝓducam. Et ita patet q̄ calūniatoꝛ in hac nō habet causaz calūniandi. Ecce pīes venerabiles. qō parvitati ingenioli mei nichil temere asserēdo dicendū occurrit circa singulos articl'os. sup q̄bus vigilant mtēdere. et iuxta michi creditā a deo grām scribere rogastis Plane oēs et singl'os accurato satis studio iuxta vires meas examinavi. et nullū eoꝝ pie et modeste intellectū repiens sacre scripture aut sctōꝝ patrū aduersū sentēciis. sz consonū ꝛ ꝓformē satis reputo vnūquēq̄ et omēs eos iuxta eoꝝ modestā et piā intelligentiam esse admittēdos: ꝛ posse legi in eccl'ia scā dei eo mō quo multoꝝ alioꝝ doctoꝝ libri et sctōꝝ hīstorie et legēde licenciant legi fidelibus: sz si forsan aut per ignoraciā meā aut parvitatē ingenij/aut accomodati tpis angustiā pīti studio minus cōplete satisfecerim votis vis ꝛ tā gl'ose scē honoꝛi: veniā peto Pro hijs aūt q̄ tam sincera devotiōe et inflāmato aio ꝑ ꝛefensiōe scitatis btē Birgitte. ꝛ vestre

celebris institutricis vis ꝑcibus inuitatus pegi sororꝫ vri ordinis atqꝫ fratrum oroibus, rogo me recomendatū facere velitis/vt huius deuotissime xpi ancille ꝓcinio fretus a dño amoris grām cōsequ merear in ptri 7 gl'az i futuro Amē

Subscripcio de manu domini Cardinalis·

CIta esse cōfiteor Ego Johēs de turre cremata vulgariť nūcupatus, ꝑsbiter cardinalis, tytuli sancte Marie transtiberim, olim sancti Sixti.

Sequiť lrā testimonialis 7 decretū dñi iudicis camere apl'ice sup ꝑmissis declaratōib⁹ dñi Johānis cardinal'de ť·cre·

UNiuersis et singul' xpifidelibus pntes lras siue pns publicū instrumentū ispecturis lecturis seu legi audituris, Ludouicus de Barsis vtriusqꝫ iuris doctor Canonicus eccl'ie Bononien. et apl'ice camere clericꝰ, necnō Reuerēdi pris dñi Johis de Carnayalis eiusdē camere apl'ice generalis auditoris De mandato scissimi dñi nri pape locūtenēs Salutē in dño. et pntibus fidē indubiā adhibere Uniuersitati vre cū pū et ratōe consonū sit veritati testimoniū phibere, Nos qō vidimus et audiuimꝰ sacre scripture attestāte et approbāte eloquio attestam. et tenore ꝑsentū significamꝰ quendā librū de certis approbatis scripturis ꝑ declaratiōe certoꝝ articuloꝝ extractoꝝ ex reuelatiōibus btē birgitte factū/corio rubeo cooptū, et Sigillo oblongo de cera alba rubee cere impsso eidē libro i cordula rubea in pendeñ sigillatū. et in eius fine de alia manu ꝑ contētoꝝ in eodem approbacōn subscriptū in hec vba. CIta esse ꝓfiteor, Ego Johēs de turre cremata vulgariť nūcupatus ꝑsbiter Cardinal', tytuli scē marie trāstiberim olim sancti Sixti, Coram nobis tanq̄ romane curie ordinario ꝓductū et exhibitum fuisse, Et vt dicto libro et contētis in eodem de cursu tpis, et ꝓpter fragilitatē nature hūane in futurū maior fides et certior adhibeat', et illa que ꝑ sactos pres in cōciliis generalib⁹ edita/et fctā sunt vigorē 7 roboris firmitatē habeāt. Nos ludouicus locūtenēs ꝑfatus ad religiosoꝝ virorū fratrū magni vnionis confessoris general', et Olaui petri conuētualis monasteriꝝ scē marie vginis, 7 birgitte de Watzsteno ordinis sci Augustini, sancti saluatoris nūcupati in regno Swecie/dyocesꝫ Liucopen'/instantiā et requisitōem, oēs et singl'os sua cōmuniter vel diuisim int'esse putātes, eoꝝq̄ procuratores si q̄ sint in Romana curia pro eisdē q̄s infrascriptū tangit negociū seu tangere poterit quōlibet in futurū/ad videndū et audiendū dictā scripturā seu manū in fine eiusdē libri subscriptā. necnō Sigillū eidem appēsum produci et recipi. Et postq̄ producta et recepta fuerint ad videndū et audiendū nōnullos testes de et sup recognitōe scripture seu manus. et sigilli añdicto libro apposite et impēsi ꝓduci recipi examiari, et debite introgari/et iurare et ad iurandū admitti: et postq̄ recognita fuerint ad videndū et audiendū ipa publicari, 7 in publicā formā redigi mandari, Autoritatemq̄ et decretū dicte curie interponi, et diciendū, ac causam si quā haberēt legitimā et rationabilē q̄re ꝑmissa minime fieri deberēt allegandū ꝑ nras lras 7 iudicium publicū in audiētia publica litterarū contra dictaꝝ dñi nri pape vt moris est citari mandauimus et fecimꝰ ad certū pemptoriū terminū cōpetentē, videlicz ad diem et horā infrascriptas, quibus q̄dē die 7 hora aduenientib⁹ cōparuerunt in iudicio coram nobis ꝑfati frēs Magnus et Olauus et dictas litteras

citatorias in dicta audiẽcia debite exe
cutas. facto realiter ⁊ in scriptis exhi-
buerũt atq; ꝓduxerũt. citatorũq; in eis
ꝫm ꝓtentorũ nõ ꝓparentiũ. neq; huius
modi dicto termio satiffacẽ curantiũ/
ꝓtumaciã accusarũt Ipõsq; ꝓtumaces
reputari. et i eoꝝ ꝓtumaciã supradictũ
libũ scripturã seu manũ atq; sigillũ ex
hibuerũt: ac eciaz nõnullos testes fide
dignos notabiles et legales de et sup
recognitõe scripture seu manꝰ et sigilli
huiusmõi ꝓduxerũt. quos per nos reci
pi et admitti eoꝝq; et cuiuslibet eorũ
Juramẽta sup ꝑmissis recipi necnõ ex
aminari et interrogari sup recognitõe
supradicta. et postꝙ recognita fuerint
ipa publicari ⁊ in publicã formã redigi
mandari. decretũq; ⁊ auctoritatẽ nraz
ac dicte curie ordinariã. et iudiciariaz
ꝑ nos interponi debita cũ instãcia po
stularũt. Nos tũc ludouicꝰ locũtenẽs
prefatus supradictos citatos nõ cõpa
rentes. neq; huiusmõi termio satiffacẽ
curãtes reputauimꝰ/merito ꝓut erant
id exigẽte iusticia ꝓtumaces. et in eorũ
cõtumaciã supradictos testes ꝛc et sup
recognitõe scripture. seu manꝰ ⁊ sigilli
huiusmõi in forma iuris recepimꝰ ⁊ ad
misimꝰ. quibus scriptura seu manu ⁊ si
gillo huiusmõi ostẽsis/ac ꝑ eos ⁊ eorũ
quemlibet successiue visis et diligẽter
inspectis: necnõ ipis per nos super re
cognitõe scripture. seu manus ⁊ sigilli
ꝓdictoꝝ examinatis/⁊ diligenꝫ interro
gatis medijs eorũ iuramẽtis prius ꝑsti
tis successiue dixerũt. ac quilibet eorũ
dixit tactis per eos. et eorũ quemlibet
ad mandatũ nrm et in nris manibꝰ cor
poralit Scripturis sacrosctis ad sctã
dei euãgelia scripturã seu manũ ⁊ sigil
lum huiusmõi se bene recognoscere. et
esse illius cuiꝰ esse dicunꝫ. vidlicet Re
uerẽdissimi in xp̃o ꝑis dñi Johis mise
ratõe diuina. tituli scẽ marie in transti
berim olim sctĩ sixti. sacrosctẽ Romañ
ecclie ꝑsbri Cardialis de tre cremata
vulgariter nũcupati Quibus sic rite ⁊
legittime peractis. Nos ludouicꝰ locũ
tenẽs ꝑfatus supradictũ libũ reperimꝰ
manu ꝓpria ipius Reuerẽdissimi domĩi
Johis cardinalis añdicti fuisse et esse
veracit subscriptũ. et ipius sigillo eidẽ
libro appenso ꝑ ꝓtentoꝝ in eodẽ appro
batiõe Sigillatũ et munitũ. Scriptu
ramq; sepedictã/seu manũ et sigillũ sic
vt ꝑmittitur recognita ad manꝰ recepi
mus. ipaq; vidimus tenuimꝰ/et diligẽ
ter inspeximꝰ. ac ea sana. illesa. integra
⁊ non viciata. neq; in aliqua sui pte su
specta. sed omñi prius vicio et suspitiõe
carẽtia ꝑspeximꝰ. ac ipa ꝑ recognitis
habuimus/ac haberi volumus. Docir
co oibus ⁊ singulis supdictis/ tam rite
et legittime factis ⁊ celebratis in eodẽ
iudicio corã nobis. vt dictis scripture
seu manu et sigillo atq; libro. ac omñb
cõtentis in eisdẽ plenaria fides ⁊ firma
adhibeat vbiq; locoꝝ et terrarũ. nrãz
et dicte curie causarũ camere aplice.
auctoritatẽ iudiciariã ⁊ ordinariã int-
posuimꝰ/ac tenore ꝑntium iterponimꝰ
pariter et decretũ. In quoꝝ oim et sin
guloꝝ fidẽ ⁊ testimoniũ ꝑmissoꝝ ꝑntes
lras seu ꝑs publicũ instrumentũ exin-
de fieri. ⁊ ꝑ discretũ virũ mgm Johẽz
de Castello. notariũ publicũ/nostrũq;
⁊ dicte curie causaꝝ camẽ aplice Scri
bam infrascriptũ publicari. et in hanc
publicã formã redigi mãdauimꝰ et feci
mus ipmq; ⁊ totũ libũ supius hic con
scriptũ sigilli dicte curie causarũ camẽ
aplice nũi camerariatꝰ officij quo vti-
mur ex certa scia iussimꝰ appẽsiõe cõmu
niri Datũ et actũ Rome apud sanctũ
Petrũ in palacio causaꝝ aplico. i quo
iura reddi solent nobis inibi mane ho
ra causarũ ꝓsueta ad iura reddendum
et causas audiendum in loco nostro so
lito et consueto pro tribunali sedente.
Sub anno a natiuitate domini. Mil-
lesimo quadringentesimo quadragesi-
mo sexto Indictione Nona. die vero

Mercurij. vicesima nona mensis marcij. Pontificatus sanctissimi in christo pris et dñi nri. dñi Eugenij pape q̃rti. anno sextodecimo. p̃sentib⁹ ibidē discretis viris dño Cubello Millis decano Theanen et amerito clerico. Antegauen testib⁹ ad p̃missa vocatis/specialit et rogatis.


Johannes de Castello
dicte curie notarius

Instrumentum et subscripcio notarij/scribe et secretarij. dñi cardialis supradicti

In nomine indiuidue trinitatis. patris et filij et spūssancti Anno dominice nativitatis Millesimo. quadringētesimo. quadragesimosexto. indictōe vij. tpe sctissimi in x̄po patris et dñi/dñi Eugenij diuina p̃uidentia pape quarti. Ego Jacobus dñi diui de Callio public⁹ aplica et imperiali autoritatibus notarius ac nūc supradscripti. Reuerēdissimi in x̄po patris et dñi/dñi Johis tytuli sctē marie intransliberim. quondā scti Sixti sacrosctē Romañ ecclesie p̃sbiteri cardinalis notarius. Scriba ac Secretarius. Quia ex p̃missione et mādato p̃fati reuerēdissimi dñi cardinalis. declarationes. expositōes Capitula et cetera sup̃scripta cū libro siue quiternis p̃prium originaliū/dicti reverendissimi dñi cardinalis. vna cum venerabilib⁹ pribus Magno p̃fessore. et Olauo fratribus p̃dictis. qui mecū sup hijs laborauerūt fideliter ac diligēter auscultaui/collacionaui/p̃tractaui/p̃cordaui et examiaui/ Inueniēs in oñibus. et p̃ omia cōcordare de verbo ad verbuz. et nichil esse additū vl̃ diminutñ/qō sentēciā mutet aut viciet intellectū. Et q̃ die quinta apr̃l' dicti anni p̃tibus p̃dictis Magno et Olauo. et venerabilib⁹ viris Magistro petro mathei de vallib⁹ Arosien et Erico vastoms clerico Lincopen. dyocesis testibus. inscripta v̄ba remissa et emēdata. scz in scōo folio i bulla canonizatiōis hec verba Thobiam unionem. et saraz raguelis imitati. et i margine tercij folij in p̃ncipio similit eiusdem bulle hec verba. mandatuz/q̃ter in ebdomada ieiunaret. et similit Et in q̃rto folio articulo quarto/hoc verbū in eternū Et in fine eiusdem quarti folij. i fine articuli sexti. in margie hec verba In hac angustia mei poteris misereri qui solus Et in quinto folio. in articulo. xij. in margine hec verba Alio mō p̃pe dicta In eodem folio/in articulo xiij. in margine hec verba posset ei adquari nec passio corpis Et i folio. viij in articulo. xliij. in margie hec verba Sicut cū p̃ aliquo Et in folio. ix: articulo quinq̃gesimoquito. in margie hec verba. Canoniste et doctores. Et i folio decimo. in articlo. lxiij. hec verba in margine Informatōe et correptiōe Et in eodem folio. in articulo. lxvj. in penultimo v̄su inter lineas hec verba. Mūquā deposuit animā. Et i folio. xij in articulo. lxxxvj. in margine hec v̄ba Naturalibus siue in rebus. Et i folio xiiij. in articulo. lxxxx. in vj. linea hoc verbū fuit. Et in folio. xvj. in articulo cxvij. in linea. ij. hoc verbū angelos. Et in eodem folio. et in eodē articulo in linea quarta p̃pe finem articuli hec verba Et glorie. Et in folio. xvij. in articulo. cxxj. in quarta linea hoc verbū vnus. Collacionaui cuz p̃fatis originalibus. et reperi fuisse p̃ scriptorus errorē dimissa. Deinde bene et fideliter emendata suppleta. et remissa ad p̃dictorum Magni et Olaui fratrū instantiā. et req̃sitōem in p̃dictor oim. et singl'or firez robur. et testimoniū me mea p̃pa manu subscripsi: et signo meo p̃sueto signaui.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf


Ego sum deus tuꝰ qui tecum loqui volo. Noli timere. Ego enim sum omniū cōditor. non deceptor. Nō loquor propter te solam. sed propter salutem omniū xp̄ianorum. Tu eris spōsa mea et cānale meum. audies et videbis spūalia et secreta celestia. et spiritꝰ meus remanebit tecum vsqꝫ ad mortem quia tibi tanq̄ istrumento novo ostendere volo nova et vetera. vt superbi humilientur. z humiles glorificentur. vt mali emendentur. et boni fiant meliores
Ego sum creator celi et t̄re maris. et oium que in eis sunt. q̄ et nūc loquor tecum Ego elegi te. et assūpsi te michi i spōsam vt ostendam tibi secreta mea. quia michi sic placet. Tu eciam quodam iure facta es mea cum in morte mariti tui. voluntatē tuam in manus meas assignasti Et voluisti oīa p̄ me relinquere Ideo oportuit me p̄ tanta caritate tibi prouidere. ꝓpterea assumo te michi in sponsam. z in meam propriam delectatiōem. qualē deum decet habere cum anima casta
Sancta.
Birgitta.



Orante btã Birgitta· apparuit ei xps·dicẽs· Hic est parte mea fri Petro· Ego sum similis dño cuius filij tenebant captiui in duro cippo· Qui misit legatos suos vt filij liberarentur· et vt pcauerent alios· ne i manus inimicorũ suorum inciderent quos putabant amicos Sic ego ẽ us habeo multos filios·idest xpiãos qui grauissimis laqueis dyaboli tenẽtur·Ideo ex caritate mitto eis vba oris mei

Audi tu frat petre·vba q̃ p vnam feminã loqr·z scribe in lingua latiaque ipa tibi ex parte mã dicit Et dabo tibi p qualibet littera· nõ aurum vel argẽtũ·sed thesaurũ q̃ nõ veterascet Et scias p certissimo·q̃ tale opꝰ facere volo p vba mea que tu scribis ab ore istius mulieris·vnde potẽtes hũiliabũtur·z sapientes obmutescẽt nec credas a maligno spũ ipa vba p ceẽre que hec mulier tibi loquetur qz ea q̃ dico·operibus cõprobabo

S· Birgitta Sponsa xpi·

Beate me morie dñs por Petrus de Aluastra

Filia dico tibi· sicut iohēs evangelista scripsit de spū meo futura q̄ vidit· Sic mathias confessor t pat tu⁹ quē ego feci mgr̄m de eo dē spū intelligit et scribit spūalē veritatem sacre scripture· Obedias ergo ei· ipse eni exptus ē conflictū duor̄ spirituū· scz veritatis et falsitatis· Sz ipe non credidit sensibz suis· ideo liberatus est Et factus est sciens ab Jn pricipio vs q̄ ad Alpha t· o



Quando iste magister Mathias obijt Stockholmis i regno swecie· Sancta birgitta tūc existēs rome· orādo audivit i spiritu vocem sic dicētem· O felix tu magister mathia· pro corona que tibi i celis fabricata ē· Vēi igit̄ iam ad sapientiam que nunq̄ finietur

Hic sepltus est in monasterio fratrum predicatorum sub eodem altari vbi veneratur depositio dñi de cruce



S· Birgitta Sponsa xp̄i·



Beate memorie mgr̄ mathias sacre theolo· p fessor· et Canonicus Lincopeñ·

Incipit Prologus in libro Reuelationū celestium Beate memorie dñe Birgitte de Swecia·diuinitus sibi factarū·qui prologus fuit editus ·per venerabilē virū magistrū Mathiam de Swecia



Tupor ⁊ mirabilia audita sūt in tra nostra Mirabile siq̃dem erat·q̃ zelator legis moyses·igneam legem in vltionē peccatoꝝ de medio ignis zeli dei audire et ⁊ Sz stupendius est·q̃ hodie humiles et māsueti spiritu· vocem ihesu xp̃i dei et hominis audiunt· vt olym helias in sibilo aure tenuis audiuit ⁊ Qui enim durissimū ignarū et rudem populū·zelo iusticie sue legi sue primū subdidit per timorē· nūc in lenitate misc̃die·populū vtraq; lege·scilicet veteri et noua eruditū·subdere disponit per amorē ⁊ Precesserat enim spūs grandis terroris dei· subuertens montes superboꝝ·et conterēs petras in duratorum cordiū et cōmotio penitentie conturbātis mentes ad salutem· et ignis diuine dilectiōis· in euāgelio xp̃i coruscātis·p euidentissima magne caritatis eiꝰ ad suos indicia· qui semetipm pro eis tradidit in mortem·ne ip̃i ineternum morerētur·et suoꝝ ad ip̃os semet ipsos pro gloria eius tradentiū ⁊ Et sic quodāmodo loquar· in hoc igne deus nō scōm sue diuinitatis excellentiā·sed scōm nostre seruilitatis humilē conditionem apparuit·in qua mundū rexit

B Et sequitur iam sibilus lenitatis diuine misc̃die·Omnes p̃pter preces ⁊ merita matris misc̃die virginis marie· ab estu peccati ad auram placidissime misc̃die conuocās·Et in hac aura dñs cui p̃pium est misereri· oñipotentiā sue diuinitatis in sublimitate maxime miserationis manifestat· Et inexcusabiles sint oñes·apparēte diuino iudicio· qui misc̃diam tam leniter et dulciter exhibi tam cōtempserunt ⁊ Uel nunq̃d non inexcusabiliter dignus est iusticia diuini iudicij̃ feriri· qui tam dulcibus verbis et opibus quā huius reuelatiōis series continet·oblatam sibi cōtepmnit ⁊ respuit miseratōem? ¶ Quapropter p̃pa rent omnes animos· expandāt omnes voluntatū suarum sinus·Et mēsura misericordie bona·scilicet super meritum· conferta sup̃ speratum·coagitata super æsideriū·et omnē cogitatōem sup̃ efflu ens· per mediatricem dei et hominū· a filio suo fonte·scilicet omis pietatis infundatur· ¶ Nec suspectio vlla falsitatis spūs·mentibus ista legentium obrepat· Nō enim credendum est·q̃ spūs malignus·vel vere iustos decipiat·vl' peccatores in melius conuertat·vel caritatem quā nō habet frigidis cordibus infundere queat·vel in aliquo gloriā dei cui inuīet p̃moueat· ¶ Sicut eni impossibile est·q̃ spūs veritatis vel loquatur mendaciū·vel a iusticia quem̄q̃ auertat·vel sup̃biam et inuidiam cordibus sibi subditis inspiret·vel oñipotentis dei contēptum adducat· ¶ Sic spiritui falsitatis opposita horum malorū· p̃pter inolitam ei malignitatē et nequiciam·oñino sūt interdicta ⁊ Aut si quis forte hoc vel aliq̃d horum bonorū·spiritui maligno possibilia esse ad faciēdum contendat·consequens est·vt opposita horum spūi benigno ⁊ sancto possibilia esse cōcedat·Et veniat ineuitabilis error·vt mala deo· et bona dyabolo tribuantur·et iustorum princeps et rector credatur dyabolus impiorum vero fautor et instigator deus esse blasphemetur

¶ Quō si quis vere iustū discernere velit·ne per fucatam iusticiā decipiatur· sciat q a vere iusto relegata sūt· Primū omia vere mala quantū ad eternā mortem opātur·scilicet·luxuria·cupiditas et superbia· ¶ Deinde eciam falsa bona·scz·virtus·vane glorie ad se ostētandum· vel pusillanimis ad iusticiam defendendū· vel amaro zelo feruēs ad alios iudicandum·vt sic i iusticia sit humilis ex virtute·stabilis ex humilitate· tranquill9 ex animi stabilitate· vnde et vere iustus·nec gloriam ꝓpriam querit· vt per hanc a dyabolo decipiatur· nec pusillanimitate a defensione iusticie recedit·vt per hoc a malignitate hominū vincatur·nec turbatōibus quibuscūq succumbit·vt status animi eius a recte rationis fundamēto·feruore impatientie euertatur· ¶ Non enim in hoc iustus non est quicūq·q ei turbatio mētis accidit·si tamen turbatio eum a patientie z ceterarū virtutū fundamēto nō euertit·vnde et xp̄us cū ex tristicia et turbatione agonie mentis dixisset ad patrem transfer calicem hūc a me·ostendēs q turbatio illa· animū suum a fundamēto virtutum nō euerterat·adiunxit Verū tamen non sicut ego volo sed sicut tu· Nec minus hoc q̄ qō superius dictum est·in p̄allegata figura·notare potest· ¶ Spūs enim grandis est vana gloria·que omnē virtutū eminētiā que est in modum montiū·oēmq constantiam que est vt firmitas petrarū subvertit·et terror cōminationū et psequentium cōmouet corda vt cedant importunitatibus hominū·Igniscz zeli exardescit iniusto·nondum virtute patiētie et mansuetudinis pfecto·contra peccatores· vt patet in pharisco qui de iusticia sua gloriabatur·et indignatiōis igne cōtra publicanū·sicut et simō cōtra magdalenam feruebat· Sed non est in tali feruore dns· et ideo dat dyabolo tēptandi et recipiendi locus· ¶ Talia de sponsa xp̄i·quā sibi in huiusmōi gre ministerium elegerat·suspicanda non sunt· ¶ Que adhuc in coniugio viuēs· maritū suum ad cōtinentie perfectōez adduxit vt multis annis simul sine exactione et redditione debiti cōiugalis viverent· ¶ Jamq adhuc ligata matrimonio·sobrietatem vidualē in victu z vestitu prefe rebat· deuotioq cordis eius et orationum instantia·magnam in ea future religionis et gratie perfectōem p̄mōstrabant· ¶ Cūq iam a lege viri soluta esset·bona sua heredibus et pauperibus distribuēs· et a mundi retinaculis se expediēs·z xp̄m pauperem pauper sequēs·nichil sibi nisi simplicissimū victū· et vestitum contemptibilem retinebat· ¶ Propter qō z eam que oēm mundi consolatōem reiecerat·xp̄us mirandis cōsolatōibus et gratijs visitabat· ¶ In quibz omibus non suam· sed dei gloriam querens·latere quidem ob humilitatis custodiam voluisset·nisi quantū ad proximorū salutem se per imperium spūs·vel potius xp̄i in spū sibi apparentis· certis se personis manifestare iussa fuit· Optabatq obprobrijs et contumelijs suis xp̄i cumulare gloriā· veritate mānsuetudine z iusticia·formā vite xp̄i in se expressēs· eciā a minimis et vilibus psonis gratis et ipune ledi sufferebat· ¶ Quis talē vitam existimet ludibrijs patere demonum· xp̄mq tante impietatis arguere audebit·vt nō tueretur in se sperantem et nō se sed ipm ex dilectōis eius plenitudine glorificantē? Vel nūquid bonus sponsus·castam coniugem et fidelem·exponit adultero illudendā? ¶ Cedat igitur temeritas stulti iudicij· et detur locus glorie et gratie dei· que tāto maior esse cognoscit· quāto ignorantie et modice fidei nostre videtur incredibilior· ¶ Quis enim nisi eiusdē spūs gratia p̄ditus credere poterit·q xp̄s resurgens in celo·loquat femine in hac mortalitate adhuc degēti? Sz sicut ex ipis


xpi verbis accepimus; ℭ Cum aspiciunt montes et silue videt celum· eminentie eorū licet no sit ppinquū; Sic et xpus in celo regnās· spūali visione ppinquꝰ videri poterit· qntūlibet corpali presentia remotus sit· cuiusmodi visioni localis distantia nequit piudicare· ℭ O vere stupēda et supadmirāda apparitio et gratia; Et certe omni nationi que sub celo est revelanda· qua xps tam graui flagicijs xpianorū lesus· vt vir vlle relique seminis iustitie inueniant· miam exhibet ingratis· 7 reos allicit ad veniam flagitandam; ℞ Sane stupendior est hec apparitio illa· qua se p carnē mōstrauit Illa carnis supficiem carnalibꝰ oculis ingessit· hec deū et hoiem spūalibus oculis ingerit Per illam morituꝰ mortalibus loquebatur· p hanc semper victurus· moturis vt imortales fiant loquitur Per illam ambulans in terra in humanis diuina mōstrabat· per hanc regnās in celo· humana diuinis recōciliat; In illa debitū iusticie moriendo p nobis soluit· in hac indebite nobis peccatoribus mie munus largiri pmittit; ℭ Tam stupenda inq̄ est hec admirabilis apparitio· q̄ vix credi pōt· et a parua humani cordis capacitate comphendi· virtus tanti miraculi; Nam licz ipa ratio veritatē virtute plenam· in ipsis verbis et opibus que in apparitōe hac audiunt et experimēto pbantur inueniat· infirmitas tamē ipa non capit· qō ratio audientiū verba· et expientiū beneficia capiendum dicit; ℑ Mā et egoipe qui hec scripsi· licz certissime mihi de hoc spū· per verba et opera plene veritas cōstiterit· vix tamen ipse capio· qō tamen omni acceptione dignissimū esse iudico; Medū existimare queā· omes hoc auditores credere posse· qui verba nō audierūt· et opera nescierūt; Sicut de xpi resurrectōe dicit· q̄ paulatim per multa argumēta monstrata ē· quia totam simul novitatem miraculi· fragilia mortaliū pectora capere nō potuerunt; Sic et in hoc miraculo· xpm facturū crew longiorū curriculo tēporum· magnitudinē miraculi· multis virtutum argumētis notā facere· quā oculi cordis peccatorū assueti tenebris· non possunt subito agnoscere ℭ Hoc tamē mentes oim· pparare ad faciliorem acceptatōem veritatis debet· q̄ tot verba totq̄ miracula· nō aliam fidem pdicāt· nisi quā xps predicauit; Non novū nobis xpm inducunt· sed eundē qui p nobis passus fuit; Nichil veritati que in xpo est· subtrahūt aut addunt· sed mie que tanto in eis abundātior ostenditur quāto iam peccatorū miseria· sup id qō vnq̄ fuerat cognoscitur maior; ℞ Gratias ergo patri misericordiarum 7 deo totius consolatōis agamus· qui in tot senescētis mundi miserijs· tot misericordijs occurrit miseris· ne labant in baratrū desperatōis; ℭ Qui enim sobrie fideliterq̄ verba presentis libri· que respectu multorū pauca sunt attendere voluerit· dubitare nō poterit verba nō illius que virtute vacua est· sed eiꝰ que virtute plena est veritatis· dici non potuisse nisi a spū veritatis· Qui ecia opa eius probare voluerit· inveniet fidedignos testes· quibus operū veritatem si voluerit cōprobabit; ℭ Jnicium autē huius revelatōis facte ad pōictam dominam· et transmissum ad me qui hunc prologum pmisi vt ceteris illud notum facerem· taliter a xpo assumebatur;

ℭ Dyabolus tripliciter peccauit· scilicet superbia eo q̄ ipm bene creaui· cupiditate qua michi non solum par· ꝫ et superior esse ambiuit· et voluptate quatū deitatis mee gloria delectabatur· vt libenter si potuisset me occidisset· vt loco mei regnare potuisset Et ob hoc de celo corruens· hijs tribus peccatis mūdum replevit· et per ea humanū genus violauit ℒ Propter qō egoipe hominem assumpsi 7 in mundum veni· vt

humilitate mea·eius supbiam adnichilarem; ꝓpaupertate mea eius cupiditatem destruerem; ℭ Et grauissimã crucis penam subij·vt eius abhoiabilem cõcupiscentiã exterminarẽ; ℭ Et homi̇ sanguine cordis mei et amorte mea celum aperirem·peccatis suis p̃clusum·si tamẽ ip̃e velit quantũ in ip̃o est ad hoc operari; ℭ Sed nũc homines regni ſwecie·specialiter illud hoim genus qõ curiale seu militare dicitur·peccant sicut ante dyabolus peccauit; Superbiũt enim de pulcris corporibus·que eis dedi; Diuitias ambiũt·quas eis dare nolui Abhominabili concupiscẽtia sic defluũt· vt si eis possibile esset·magis me occiderent/ ꝙ voluptatibus suis carere vellẽt· aut iudiciũ meum horribile·qõ eis pro peccatis suis imminet sustinerent; ℭ Et mẽo corpora illa de quibus superbiunt·occidentur gladio·lancea·et securi; Ad̃ebra illa speciosa de quibus gl'iantur· bestie et volucres lacerabunt·Bona que cõtra voluntatem meã cõgregant· alieni diripient·et ip̃i egebunt M ꝓpt̃ abhomiabiles autẽ voluptates suas patri meo tantũ displicent·ꝙ eos admittere nõ dignatur ad faciei sue visionem; ℭ Et quia me si possent libenter occiderent·ip̃i ad inferna mamb⁹ dyaboli tradentur·ab eo eterna morte occidendi; Hoc autẽ iudiciũ diu ante regno Swecie supvixissem· nisi preces amicorũ meorum qui inter eos sunt obsisterẽt· qui me ad miam inclinant; ℭ Et ideo veniet tempus·qñ eosdem amicos meos ad me colligam·ne vidẽãt mala que illi regno supducam; ℭ Verũtamẽ aliqui amicorũ meorum tunc vivent·et videbunt in cumulũ meritorũ suorũ· Nunc igitur quia reges et principes et prelati· ex beneficijs meis me cognoscere nolunt·vt ad me veniant·ego paupes·debiles·infantes· et miserabiles p̃sonas cõgregabo· quibus loca eorũ repleam·ne in exercitu meo ob eorum absentiam aliquis sit defectus ℭ Cum autẽ p̃sona cui hec fiebat revelatio ingemisceret·et iudiciũ nimis durũ conquereret·adiunxit dñs ℭ diu vivit homo·adit⁹ celestis regni illi apertus est· Si ip̃i noverint mutare vitam·ego sententiã novi mitigare·

℞ Sed et opera que ad p̃sens occurrũt·p̃sentis veritatis confirmativa hec sunt·Primum ꝙ vna ignara mulier hec proponit·que nec fingere vult cum sit nobilis et probate vite·in humilitate et vidualitate vivens·et si vellet nesciret nec minimũ confingere·cũ sit simplicissima et mansuetissima·Scõm est ꝙ cõscriptor horũ cũ sit religiosissimus et simplicissimus·nulla ratione volẽs manus mittere ad scribendũ/reputans se ꝓpter ignorantiam suã ad tantum opus min⁹ ydoneũ·coact⁹ fuit metu mortis a x̃po· et fere mortuus donec consensit·et consensu facto·subito curatus est non successu tempis Terciũ est qõ vnus dæmoniacus in osgocia·p̃sentibus duobus fidedignis testibus·ad verba oris predicti religiosi· quorũ formam hec mulier a x̃po audivit·et frater scõm x̃pi imperiũ ad dæmonẽ dixit·purgatus est; Quartũ est vt alter dæmoniacus in ſwecia·p̃sentibus tribus fidedignis testibus·eodem mod̃ purgatus est·per eundẽ religiosũ Quintũ ẽ·conversio vnius publice meretricis·per beate v̂ginis cũ x̃po dicte dñe apparentis subuentõem Sextũ est conversio pluriũ magnatorũ in regno ſwecie·qui tempe et loco vna voce cordis sui motiõem in melius experti· nisi ingrati fuerint x̃po ab ip̃o factã ad verba eius ab ip̃o missa fatebuntur;

Explicit Prologus·





Filius dei loquit·Audite omes inimici mei·in mundo viuetes·qa ad amicos meos nō loquor
Audite oes clerici·Archiepi·Epi· et oes inferiorus gdus ecclesie·Audite oes religiosi cuiuscq
qz ordinis estis·Audite reges et pncipes et iudices tre·et oes seruientes·Audite mulieres·re-
gie·et pncipisse·ac oes dne et ancille·r oes cuiuscūqz conditōis et gradus estis·magni et parui
q̄ hitatis orbē· vba hec q̄ egoipe q̄ creaui vos·nūc loquor ad vos·Ego cōqueror qz recessistis
a me·et dedistis dyabolo voluntatē·et obeditis suggestōibz eius·Veruntn qz ego sanguie meo re
dēi vos·r nichil q̄ro nisi alas vias Ideo redite ad me cū hūilitate·et vt filios suscipiā vos·

Incipit Primus liber Reuelationum celestiū dñe Birgitte de swecia

VErba domini nostri ihū xpi· ad suam electam spōsam dilectissimam· de certificatione sue excellentissime incarnatiōis· Et de improbatione ꝓphanationis et fractionis fidei nostre et baptismi· Et qualiter ad sui dilectiōem inuitat prefatā dilectam sponsam·

Capitulū primum·

EGo sū creator celi et t̄re· vn⁹ in deitate cum patre ⁊ spūsc̄o⁊

AEgo sū qui prophetis et patriarchis loquebar· et quē ipi expectabant⁊ Ob quorū meritorū et iusta ꝓmissionem meā· assumpsi carnē sine peccato et cōcupiscētia· ingrediēs viscera virginea· tanq̄ sol splendēs per lapidem mundissimū⁊ Quia sicut sol vitrum ingrediendo non ledit· sic nec virginitas virginis· in assumptōe humanitatis mee corrupta est· ¶ Ego autē sic assumpsi carnem· vt nō derelinquerem deitatem⁊ Et nō minor eram in deitate cum patre et spūsancto· omnia regēs ⁊ implēs· licet in vtero virginis essem cū humanitate⁊ Quia sicut splendor nunq̄ sepatur ab igne· sic deitas mea· nūq̄ ab humanitate separata est nec in morte ⁊

¶Deinde corpus ipm mundissimum a peccato ꝓ peccatis oim a planta pedis vsq̄ ad verticem· lacerari volui ⁊ cruci affigi⁊ Hoc eciā quotidie nunc in altari immolatur· vt tāto amplius me homo diligeret· et frequentius beneficia mea recoleret· Sed nūc ex toto oblit⁹ et neglectus sum et contēptus· et tanq̄ rex a proprio regno expulsus In cuius loco latro pessimus electus est ⁊ honoratus⁊ B In homine deniq̄ regnū meum esse volui· et super eū de iure rex et dñs esse deberē· quia feci eū ⁊ redemi Sed nūc fregit et ꝓphanauit fidem quā michi promisit in baptismo· violauit et sprevit leges meas· quas ei ꝓposui⁊ Diligit voluntatē propriam· et me audire contēpnit⁊ Insup et pessimū latronem dyabolum sup me exaltat· et ei fidē suā dedit⁊ Qui vere latro est· quia animaz homis quā sanguie meo redemi· ipe mala suggerendo et falsa pollicitando ad se rapit⁊ Nec ideo rapit· quasi q̄ potētior me sit· cum ita sim potens· vt omia possim verbo· ita iustus vt nec minimū q̄ deciam si omnes sancti rogarent me facerem cōtra iusticiam Sed quia homo libero arbitrio datus· voluntarie mandatis meis contēptis consentit dyabolo· ideo iustum est vt homo tyrannidem eius experiatur⁊ Quia ipe dyabolus a me bonꝰ factus· sed mala voluntate sua corruens· quasi seruus meus est ad vindictam malorū· Sed licet mod̄ ita despectus sum· tñ ita misericors sum· vt q̄ cūq̄ miam meam petierint· et se humiliauerint· indulgeo eis q̄ cōmiserant· ⁊ ab iniquo latrōe liberabo eos· Qui autem in contēptu meo pstiterint· visitabo super eos iusticiam meā· ita vt audientes cōtremiscent· et qui expientur dicent· ve quia vnq̄ dñm maiestatis quo cauimus ad iram· Q Tu autē filia mea qnā elegi michi· et cū qua spū meo loquor· dilige me toto corde· Nō sicut filium et filiam seu parentes· sed plusq̄ aliquid in mūdo· Quia ego qui creauite· nulli membro meo peperci ad suppliciū ꝓ te· Et adhuc sic caritative diligo aiam tuam· vt anteq̄ ea carerē· adhuc

iterū si possibile esset pro ea cruci affige rer· ¶ Imitare humilitatē meā· q; ego rex glorie et angelorū· pannis vilib⁹ in: dutus fui· ad columnā nudus stabam· oia obprobria et derisiones audiui auri bus meis· Prepone eciam voluntatem meam volūtati tue· quia mater mea do mina tua· a principio vsq; ad finem· nū· q̄ aliud voluit nisi qđ ego ¶ Si hec fece ris· tunc cor tuum erit in corde meo et inflāmabitur dilectiōe mea· quēadmo· dum aridum aliquid facile inflammat ab igne· sic anima tua implebitur a me· et ego ero in te· ita vt omnia tempalia fient tibi amara· omis voluptas carnis quasi venenum· Requiesces in brachio deitatis mee· vbi nulla voluptas car· nis· sed gaudium et delectatio spiritus· Qua anima delectata· interius et exte· rius plena est gaudio· Nec aliquid co· gitat vel cupit· nisi gaudiū quod habet ¶ Dilige ergo me solum· et omia habe bis que velis et abundabis Nūqđ non scriptum est· qđ oleum vidue non defe cit· vsquequo dñs dedit pluuiam super terram iuxta verbū prophete· Ego sum verus propheta· si verbis meis credi re ris et compleueris ea· oleum et gaudi· um et exultatio tibi non deficient· vsq; in sempiternum

Verba dñi nostri ihū xpi ad filiam in spōsam iā sibi assumptā de vere fidei articulis· Et que sūt orna menta et signa et voluntas· que spōsa respectu sponsi debeat habere

Capitulum Scōm

nouissimū ꝓfundi; Digiti idest assessores·ardebūt igne sulphureo te inextigibili; Brachia tua iesu vicarij·qui ad animarū ꝓfectū extēdi deberēt·ꝫ extēdunt ad vtilitatē mundi et honorē·iudicabunt pena quā dicit dauid; Fiāt filij eius orphani·et vxor eius vidua·7 alieni recipient substantiā eius Que est vxor eius nisi aia· q̄ reliquet a gl̄ia celesti· et erit vidua a deo? Filij eius idest virtutes q̄s habere videbāt·et simplices mei qui sub ipis erāt·sepabunt ab eis·7 dignitas eoꝝ et bona·ad alios devoluent· Et ipi ꝓ dignitate· eternā confusionē hereditabunt; Deinde ornatus capitis eoꝝ·emergēt in lutū iferni·a quo nūq̄ consurgent· Et sicut hic ꝓ honorem et superbiam sup alios ascenderūt· sic in inferno p̄ alijs demergent ita ꝓfunde·vt impossibile sit eis cōsurgere· ℣ Adhec dra eoꝝ·idest omēs seq̄ces eoꝝ et fauto res clerici·abscindent ab eis·7 disiungētur sicut murus æstruēdus·vbi nō reliquit lapis sup lapidem·nec cementū adherebit lapidibꝫ·nec veniat sup eos misericordia·qa caritas mea nunq̄ calefaciet eos· nec edificabit eos in eternam mansionē in cel'· ꝫ sine fine cū capitibꝰ suis·dissoluti ab oī bono· cruciabuntur ℭ Ad scām aūt dico. Quia nō vis tenere fidem michi ꝓmissam·nec caritatē ad me habere·mittā ad te aial qō de torrente impetuoso ꝓcedit·et absorbebit te; Et sicut torrens semp ad inferiora derivat·sic anial illud deducet te ad inferiora inferni; Et sicut impossibile ē tibi·cōtra torrentē impetuosū ascendere·sic difficile est tibi ab inferno nunq̄ cōsurgere; ℭ Ad terciū dico·qr tu iudee iā non vis credere me venisse·ideo cū venero ad scām iudiciū vidēbis me· nō in gl̄ia mea sed in conscientia tua·7 probabis q̄ omia erāt vera que dixerā· Tūc restat tibi pena iuxta merita tua; ℭ Ad quartū dico· qr iam non curas credere nec vis scire·lucebūt tibi tenebre tue et cor tuū illustrabit·vt scias iudicia mea esse vera·nec tū vēias ad lucem; ℟ Ad quintū dico Tria tibi faciam; Primo implebo te intus calore meo; Et scōo faciā os tuū durius oī lapide 7 stabilius·ita vt lapides in te iacientes reuād Tercio armabo te sic armis meis·q̄ nulla lancea nocebit tibi· sed omia molescāt ante te· q̄si cera a facie ignis; Ergo ꝓfortare 7 sta viriliter Sicut enim miles qui i bello sperat auxilium dñi sui· tam diu pugnat q̄diu aliquis liquor est in eo· sic tu sta firmiter et pugna·quia dñs deus tuus dabit tibi auxiliū·cui nullus potest resistere Et quia paucum habes numeꝝ· honorabo te·et multiplicabo te· Ecce amici mei hec videtis in me 7 scitis· 7 sic stant ante me· Verba mea que nunc dicta sunt complebunt· Illi autē nunq̄ intrabūt in regnum meum q̄diu ego sum rex·nisi se emendauerint· Nullis enim dabitur celum nisi humiliantibus se· et penitentibus· Tunc respondit omnis exercit⁹ Laus sit tibi dñe deus·qui es sine principio et sine fine·

Verba exhortationis virginis ad sponsam·qualiter filium suum debeat diligere sup̄ omnia· et qualiter in virgine gloriosa omnes virtutes et gratie includuntur·

Capl'm·xlij·

Qvater loquebatur· ℟ Ego habui tria quibus placui filio meo· Humilitatē· vt nulla creatura nec angel⁹ nec homo esset me hūlior·Scōo habui obedientiam·qr·studui obedire filio meo in oībus·Tercio hūi p̄cipuā caritatē·Ideo triplicit honorata sum a filio meo Nam primo facta sum angelis 7 hoibus honorabilior·ita vt nulla sit virtus in me·que nō fulgeat in me·licet ipe est fons 7 oīū creator Ego aūt sum creatura ei⁹· cui gratiam suam concessit pre ceteris·

Scõo pro obediẽtia tantã potestatem obtinui· q̃ nullus tam immundus peccator est·si ad me cum emendatiõis proposito conuertitur et cum corde cõtrito·q̃ non habebit veniã Tercio pro caritate sic appropinq̃t deus michi· q̃ qui videt deũ videt me·et qui videt me·ẽi tatem et hũanitatẽ videre potest in me quasi in speculo·et me in deo Quicũq; enim videt deũ vidt i eo tres psonas· et quicũq; vidt me· videt quasi tres psonas· Mã deitas cõclusit me in se·cum aia et corpe·7 implevit me omi virtute vt nõ sit virtus in deo que nõ splendeat in me· q̃uis ispe deus est pater et dator oim virtutum7 B Sicut enim duo corpa insimul coniũcta·quidq̃d vnũ recepit hoc recipit aliud· Sic fecit michi deus7 Mã non est dulcedo que nõ est in me· Quẽadmodũ aliquis habẽs nucleum·et partẽ alteri cõmunicat· C Ania et corpus meũ puriora sunt sole·et mundiora speculo· Q̃ sicut in speculo viderẽt tres pone si astarent· sic i puritate mea videri potest pater et filꝰ et spiritussctũs7 Ego enim habui filiũ in vtero meo cũ vitate7 Mũc ipe videt in me cũ deitate et humanitate·quasi in speculo·q; glorificata sum· Ergo sponsa filij mei·stude sequi hũlitatẽ meã· et nichil diligas nisi filium meum·

Verba filij ad spõsam qualiter ex modico bono homo ascendit ad pfectum bonũ·7 ex modico malo descẽdit ad summũ supplicium

Capitulũ·xliij·

Jlius loquebat· A Ex modico bono orit q̃q; magna merces· Bactilus mirifici oris est et in fructu eius lapis· Si ponit in pingui terra pinguescit et fructificat·et crescit in magnam arborem· Si aũt ponit i arida terra arescit· Arida ẽ nimis ira illa a bono·que delectatur in pctõ· Jn qua si semẽ virtutũ serit non pinguescit· Pinguis autẽ est terra mentis illius qui cognoscit pctm̃·7 gemit se peccasse· Jn q̃ si ponit lapis dactili·idest seritꝫ severitas iudicij mei 7 potentie mee·radicat tribus in mẽte radicibus· Primo cogitat se nichil posse facere sine auxilio meo·ideo aprit os suuz ad rogandũ me· Scõo incipit eciã modicam dare elemosinã pro nomie meo· Tercio exoccupat se a negocijs suis· ad seruiendũ michi· Deinde incipit abstinere in ieiunio·et in abdicatione volũtatis ꝑpe·et hoc est corpus arboris· B Postea crescunt caritatis ramq̃ trahit omẽs quos potest ad bonum Deiñ crescit fructꝰ·q̃ eciã alios excet in quantũ scit·7 tota devotõe intẽdit· qũo honorẽ meũ possit ampliare· Talꝭ fructus michi summe placz· Sic igitur ex modico ascẽdit ad pfectũ Q̃ primo radicat ꝑ modicam deuotõem· Crescit corpus ꝑ abstinentiã· Multiplicant rami ꝑ caritatẽ· Pinguescit fructus ꝑ põi catõem· Sil'imodo ꝑ modicũ malũ·descendit hõ ad summã maledictiõem· et summũ supplicij· Mũquid scis q̃d ẽ onꝰ grauissimũ de hijs que crescũt? Certe hoc ẽ infãs q̃ venit ad partũ· et nõ põt nasci·sz intra viscera mris morit·7 ex hoc eciã mat rũpit et morit· quã pẽ cũ filio fert ad sepulcrũ·et cũ putredine sepelit· Sic dyabolus facit aie Ania q̃ppe viciosa est q̃si vxor dyaboli·cuiꝰ in oibus sequit voluntatẽ·q̃ tunc cõcipit ex dyabolo q̃ pctm̃ placet ei·et gaudet i eo· C Sicut eni mat ex modico semine q̃ nõ est nisi putredo·ꝯcipit 7 fructificat·sic 7 aia cũ delectat in pctõ·facit magnũ fructũ dyabolo· Jnde formatur membra et robur corporis· q̃ peccatũ super peccatũ addit·7 quotidie augmẽtatur· Augmentatis itaq; peccatis·mater intumescit volens parere·sed nõ valet· Quia cõsumpta natura in pctõ· tedio habet vita·7 libent vellet plus peccare·sz nõ põt·nec pmittitur a domio·

Tunc abest timor· q̄ nō potest voluntatem suam pficere· abest fortitudo et letitia· Audiq̄ est dolor & sollicitudo· Tūc rumpit ventr· qñ despat se posse facere bona· Tūc q̄z mouet· qñ blasphemat iudiciū dei et reprehendit· et sic ducit a diabolo pie ad sepulcrū inferni· vbi cū putredine pcti et filio delectatiōis praue· sepelitur sine fine Ecce qūo ex modico auget pctm̄· et crescit ad damnatōem·

Verba catonis ad spm̄

sam· qualit̄ nunc despicit et vituperat ab hoibus· nō attendentib⁹ qd fecerit ex caritate monēdo in pphetis· et ecia patiendo pro ipis· nec curantibus de eius ira quā contra abstinatos exercuit crudeliter corrigēdo· Capl'm· xliij·

Ego sum creator oīm & dñs Ego feci mundū· & mund⁹ spreuit me· Ego audio de mūdo vocem quasi apis maioris· qui in terra congregat mel· Mā sicut apis maior cū volat· statim ad terrā se iterū deprimit & nimis raucā vocem emittit· sic in mundo nūc audio vocem illā raucā dicentē· Non curo qd sequit post hec· Omnes q̄ppe iā clamant nō curo· Vere homo nō attendit nec curat quid feci et caritate monēdo in pphetis· ꝓicando per meipm̄· patiendo p ipis· Non curat qd feci in ira mea· corripiendo malos et inobedientes· Videt se mortales· et incertos de morte· et nō curant· Audiūt et vident iusticiā meaz· quā exercui ppt̄ peccata in pharaone & sodomitis· quā feci in regibus et alijs principibus· quam pmitto quotidie fieri in gladio et alijs tribulatiōibus· et hec sunt eis q̄si ceca oia Ideo sicut apes maiores volant ad quodcūq̄z volunt· Volant quippe q̄ñq̄z quasi saltando· q; superbia sua se elevant· sed deprimūt se citius· qñ ad luxuriā et gulam suā reuertunt· Cōgregāt eciam dulcedinē sed sibūpis et in terra· qa homo laborat et congregat ad vtilitatem corporis· nō aie· et ad honorē terrenum nō eternū· Vertunt sibi tempale in penam illud qō ad nichilū est vtile· in suppliciū sempiternū Ideo ꝓpter ꝓces matris mee· mittā apibus istis a q⁹ exempti sunt amici mei· qui nō sunt in mūdo nisi corpore· vocē meā claram· que ꝓdicabit miam· quā si audierint saluabunt

Respōsio matris· āgelorum· pphetarū· apl'orum· et demoniorū

ad deum· pūte sponsa· testificando eius magnificentiā· in creatōe et incarnatione et redēptione· et qualit̄ nūc homines oibus istis cōtradicunt· et ꝑ severo eorum iudicio· Capl'm· xlv·

Mater loquebat· ℟ Elevati te spōsa filij mei et sta stabilis· q; appropinqt tibi filius meus· Caro eius fuit pressa q̄si in torculari· Sicut enī in oibus mēbris hō deliquit· sic ipe filius mei⁹ in oibus satisfecit· Crines filij mei erāt extēsi· nervi distenti· Ideo ꝓpter extracte de cōpaginib⁹ ossa laniata· man⁹ et pedes cōfixe· Mēs turbabat· Cor dolore afficiebat· Intestina ad dorsū cōtrahebant· q; in oibus mēbris peccauit hō· ℭ Deinde loquebat filius astāte celesti exercitu et ait· Licet oia scitis in me· tm̄ ppt̄ istā spōsam meaz que astat loquor· Quero a vobis āgeli dicite michi· qd est hoc qd̄ fuit sine principio et sine fine? Et qd ē hoc qd̄ oia creauit· et a nullo creatū est? Dicite et phibete testimoniū ℟ Rnderūt āgeli q̄si vna voce dicētes· ℭ Dñe tu es ille· Perhibem⁹ eni tibi testimoniū ꝑ trib⁹ Primo q tu es creator noster· & oīm que sunt in celo et in terra· Scdo q tu es sine principio & eris sine fine· dominatio tua et potestas tua inetnū· Sine te eni nichil factum ē· & sine te nichil fieri potest· Tercio testificamur· q oēm iusticiam· et omia que facta sunt et futura sunt· videmus in te· et omnia sunt in tua presentia· sine principio et sine

fine· ℂ Deinde dixit ad pphetas et patriarchas· Quero a vobis qs adduxit vos de seruitute in libertatē? Quis diuisit coꝝ vobis aquā? Quis dedit vobis legē? Quis dedit vobis pphetis spiritū loquēdi? Rñderūt ei· Tu dñe· Tu eduxisti nos de seruitute· Tu dedisti legem· Tu suscitasti spm̄ nr̄m ad loquendum· ℂ Deinde ait ad matrē Dic testimoniū veritatis qđ scis de me· Rñdit illa Anteq̄ angel⁹ missus a te veniret ad me· fui sola cū corpe et aia· Dicto autē verbo angeli· corpus tuū fuit in me cū deitate et hūanitate· et sensi in meo corpore corpus tuū· Ego portaui te sine dolore· pepi sine angustia Ego inuolui te pānis· Paui te lacte meo· Ego fui tecū a nativitate vsq̄ ad mortē· ℭ Deinde ad apl̄os ait dicēs· Dicite qs ē ille· quē vidistis· audistis· et sensistis? Rñderunt illi· Nos audiuim⁹ verba tua· et scripsimus ea· Nos audiuimus magnalia tua cū dedisti nouā legē· cū verbo p̄cipisti demonibus et exierunt· Cū verbo suscitasti mortuos· et sanasti infirmos· Nos vidim⁹ te in hūano corpe· Nos vidim⁹ magnalia tua in diuia gl̄ia in hūanitate Nos vidim⁹ te traditū inimicis et pēdere in ligno· Nos vidim⁹ in te passionē amarissimā· et in sepulcro positum Nos sensimus te cum resurrexisti· Attrectauim⁹ crines tuos et faciem tuā· Attrectauimus loca vulnerū tuoꝝ et membra tua· Tu comedisti nobiscū· et dabas eloquia tua· Tu vere es filius dei et fili⁹ virginis Sensim⁹ eciā cū ascēdisti ad dexteram p̄is cū hūanitate· vbi es sine fine·

ℕ Deinde dixit dns ad spūs immūdos· licet in conscientia vīa celatis veritatē· p̄cipio tū vobis dicere· qs minuit potestatē vām? Rñderūt ei· Sicut fures nisi ligno duro grauent pedes coꝝ· non dicūt veritatē· sic nec nos nisi coacti diuina et terribili potētia tua· nō dicerem⁹ veritatē· Tu es qui ad infernū cū fortitudine tua descēdisti· Tu minuisti potestatē nrām in mūdo· Tu ius tuū de inferno suscepisti· Tūc ait dñs· Ecce omēs qui habēt spm̄ et nō vestiūtur corpe· phibent michi testimoniū veritatis· q̄ aūt habēt spm̄ et corpus scz homines· cōtradicūt michi· Quidā aūt sciūt sed nō curāt Alij nesciūt· ideo nō curāt sed dicunt omia esse falsa· ℂ Iterū ait ad angelos· Jp̄i dicunt testimoniū vīm esse falsum· q̄ nō sum creator nec omia scient in me Ideo diligūt magis creaturam quā me ℂ Ad pphetas aūt ait Vobis cōtradicūt dicētes legē esse vanitatē· Fortitudine vīa vos esse liberatos et sollercia· Spm̄ fuisse falsum· et vos p̄a voluntate locutos esse· ℭ Ad matrē aūt ait Aliqui dicūt te nō esse virginē· Alij me non sumpsisse corpus de te Alij sciūt sed nō curāt· ℂ Ad apl̄os autem ait Vobis cōtradicūt q̄ dicūt vos eē mendaces· legē nouā ad nichil vtilē et sine ratione Alij sunt qui credūt esse verū· sz nō curāt· Nūc igit̄ quero vos· quis erit iudex istorū? Rñderūt ei omnes· Tu deus qui es sine principio et sine fine· Tu ihū xp̄e q̄ es cum patre· tibi datū est iudiciū a patre· tu es iudex istorum· Rñdit dñs Ego qui cōquerebar sup eos nūc sum iudex eorū· sz licet oia possim et nouerim· tū vos date iudiciū vestrū sup eos· Rñderunt ei· Sicut totus mūdus in principio mūdi aquis diluuij perijt· sic nūc est dignus mundus igne p̄ire· q̄ abundat nūc magis iniquitas et iniusticia q̄ tunc· Rñdit dñs Quia sum iustus et misericors· nec iudiciū facio sine mia· nec miaz sine iusticia Ideo adhuc semel p̄pter p̄ces matris mee et sanctoꝝ meoꝝ· mittā mūdo miaz meam· Si autē noluerint audire· tāto seuerior sequetur iusticia

Verba laudis matris

et filij p̄sente spōsa ad inuicem· et qualiter nunc xp̄us ab hominibus inhonestus· turpissimus· et vilissimus reputat·

et dicitur de eterna taliū damnatione·

Capitulū·xlvj·

Daria loquebat ad filiū suū dicēs ℣ Bñdictus sis tu qui es sine p̄ncipio·⁊ sine fine⁊ Tu habuisti corpus honestissimū· et decētissimū⁊ Tu fuisti vir strennuissimus·et virtuosissim⁹⁊ Tu fuisti dignissima creatura⁊ K̄ndit filio⁊ Verba tua que p̄cedūt de ore tuo·sūt michi suauia et delectāt intima cordis· tanq̄ potus suauissimus⁊ Tu es michi p̄ oñi creatura suauissima·Sicut enim in speculo diuerse facies cōsp̄xerāt·sed nulla magis placet q̄ ꝑpa Sic ego licet sc̄os meos diligā·te tñ p̄cipua dilectōe diligo·q̄ de carne tua generatus sum·Tu es q̄si mirra cui⁹ odor ascēdit ad p̄tatē·et deduxit eam in corpus tuū·Dic ītem odor tractit corpus tuū et aiam in p̄tatē·vbi nūc es cū corpe et ania·Bñdicta sis tu quia ex pulcritudine tua gaudēt angeli Et virtute tua omēs qui inuocāt te sincero corde·liberant̄ In luce tua·omēs demones cōtremiscūt· nec audēt ad tuum fulgorē subsistere·q̄a semp volūt eē in tenebris⁊ ℬ Tu dixisti michi triplicē laudem· q̄ dixisti me habere honestissimū corpus·Sc̄o virū strennuissimū·Tercio dixisti me esse dignissimum creaturarū·¶ Sed hijs tribus contradicunt illi solūmodo·qui habent corpus et animā Dicūt enim me habere corp⁹ inhonestū· virū esse abiectissimū· creaturam vilissimā· Quid enim est inhonestius q̄ alios p̄uocare ad pctm̄? Sic dicunt corpus meū trahere ad peccatum Dicūt quippe peccatū nō esse sic deforme vt dicit̄·nec tātū displicere d̄o⁊ Nō enim inq̄unt esset aliquid nisi deus vellet·nec aliq̄d est sine ipō creatū Quare ergo nō debemus vti hijs· q̄ facta sunt ad vtilitatem nr̄am? Fragilitas nature hoc exigit·⁊ sic omēs ante nos vixerūt et viuūt·Sic nūc loquunt̄ michi hoies Humanitatē aūt meā·in qua verus d̄o inter hoies apparui·q̄ dissuasi peccatū et ostēdi q̄ graue est·dicūt inhonestatē quasi suaserim inutilitatē ⁊ inhonestatē ℭ Michil quippe dicūt honestū nisi peccatū· et q̄ placet voluntati eorum Dicūt eciā me esse virum turpissimum Quid enī ē illo turpius· q̄ cū loquit̄ veritatē os eius contundit̄ lapidibus· in facie cedit̄·insup et audit obprobriū dicentiū·si essz virilis vindicaret se? Sic faciunt michi·Ego loquor eis p̄ doctores et sanctā scripturam·sed dicūt q̄ loquor mendaciū·Contundūt os meū lapidibus et pugno·q̄ faciūt adulteriū· homicidiū·et mendaciū Et dicūt si essz virilis·si esset deus potentissimus· vindicaret transgressionē talem·Ego aūt suffero per patientiā meā·⁊ audio quotidie eos dicētes·q̄ pena nō est eterna nec amara sicut dicit̄· et iudicant̄ verba mea mendaciū esse· Tercio iudicāt me vilissimā creaturā·Quid enī abiectius in mo est q̄ canis et murilegus· p̄ quibus qui cōmutare vellet libent̄ reciperent equū? ℗ Sed homo habet me exteriorem cane·ad hoc enim vt careret cane nollet me recipere· et anteq̄ careret pelle·potiꝰ me abiceret et abiuraret·Que aūt res tā modica mēti alludens·non feruētius q̄ ego cogitatur et cōcupiscitur? Si enim me plusq̄ aliam creaturam estimarēt·plus me diligerent q̄ alia· Jp̄i michil habēt tā modicum quod nō diligāt·preter me· Be omnibus dolent preter de me·Bolent damna ꝓpria·et amicorum·Bolent lesionem vnius verbi Bolent q̄ offendunt alios homies se excellentiores·sed non dolent q̄ offendunt me oim creatorem Quis homo est tā abiectus· quia si peteret non audiretur·si daret non retribueretur ei aliquid? Ego autē sum abiectissimus et vilissimus in cōspectu eorum·q̄ me nullius boni reputāt dignū· qui omnia bona dedi eis· ℭ Ergo mater mea· q̄a tu plus de sapiētia mea

gustasti·et nunq̄ de ore tuo nisi veritas processit·sic de ore meo nunq̄ nisi veritas ꝓcedit; Ego excusabo me in cōspectu oim sanctoꝝ coā primo· q̄ dixit me corpus habere inæcētissimū· et ꝓbabo me habere veracit corpus honestissimū sine deformitate et pctō· et ipe veniet i obprobriū sempiternū·qđ oēs vitabunt Ille aūt q̄ dicebat mea verba mēdaciū et nescire vtrū æus sum an non ꝓbabo me esse veracit æū·et ipe quasi lutū defluet in infernū; Tercius aūt q̄ iudicauit me vilissimū·ego iudicabo eū ad etnam damnatōem· vt nūq̄ vitæat gl'iam meā·et gaudiū meū· ℂ Deiū ait ad spōsam·Sta firmit in seruitio meo·tu vēsti quasi in quendā murū·in quo clausa nō poteris fugere· nec foære fundamētum·Suffer ergo volūtarie modicam tribulatōem·et senties eternā requiem in brachio meo·Tu nosti voluntatē patris Tu audis v̄ba filij·et sentis spiritū meū·Tu habes consolatōem ⁊ ælecta tōem·in allocutōe mris mee ⁊ sanctoꝝ meoꝝ·Ergo sta firmit alioq̄n senties iusticiā meaz·ꝑ quā cogeris facere que nunc te moneo benivole·

Verba dñi ad spōsam de legis nove abiectiōe· et q̄lit nūc ipa lex reprobat et contēnit a mūdo· ⁊ qūo mali sacerdotes non sunt dei sacerdotes sed dei proditores·et de maledictōe talium et damnatōe Capitulū·xlvij·

Ego sum deus ille· q̄ olym dicebat deus abraam·et æus ysaac·et æus iacob·Ego sum deus q̄ dedi legē moysi· Hec erat q̄si vestis Sicut eni mat que habz infantē in vētre· ꝑparat vestes puero· sic deus ꝑparauit legē·q̄ nō erat nisi vestis et vmbra·et signa futuroꝝ faciendorum·Ego autē vestiui me ⁊ inuolui me istis vestibus legis· Deinæ sicut crescēte puero·mutat habitus antiquꝰ et assumit nouus·Sic ego cōpleta et æposita veste antique legis· assumpsi nouam vestē iæst nouā legē·et dedi oībus·q̄ voluerūt habere vestes mecum· ℂ Celestis aūt ista nō est stricta vl' difficil'· sed vbiq̄ moærata· Non eni ꝑcipit nimis ieiunare vel laborare vl' se occidere·vl' aliquid vltra possibilitatē facere·sz profícua est ad aiam·et ad corpus moderādum et castigandū apta· Corpus enim cū nimiū pcto adheret·ipm pctm corpꝰ cōsumit· ℬ In lege ergo noua duo inueniunt ꝓmo discreta tpantia·⁊ rectus vsus oim rerū·aie ⁊ corpis·Scdo facilitas seruādi legem·q̄ q̄ non pōt stare in vno potest in alio· Ibi inuenit q̄ qui nō potest esse virgo·licite potest eē in comugio·Qui cadit potest resurgē· Sed lex ista nūc reprobat et contemnitur a mūdo·Dicūt eni legē ipam strictā esse·graue et deformē·Strictā dicūt eā q̄ lex ꝑcipit contētari de necessarijs·⁊ fugere supflua; Ipi aūt volunt habere omia extra rationē quasi iumēta· superfluis corpis·ideo stricta est eis·Dicūt eā scdo esse graue· q̄ lex dicit voluptatem cū ratione habere·⁊ tēporibus cōstitutis· Sz ipi volunt suā voluptatem pficere·plusq̄ expedit·⁊ plusq̄ constitutum est·Tercio dicūt eaz esse deformēqa lex iubet diligere hūilitatem· et deo omne bonū asscribere· Ipi aūt volunt de bonis a æo datis supbire et se extollere·ideo est eis æformis· Ecce sic contemtata ē vestis mea· ℂ Ego omia puora compleui et incepi noua·q̄ antiqua nimis erāt difficilia· vt durarēt vsqueq̄ venirē ad iudiciū Sz vilit ꝓcerūt veste qua tegit aia·idest fidē rectā· Q Insup et peccatū pctō addūt·q̄ me volunt eciam prodere· Nūquid dauid dicit in psalmo·Qui edebat panē meum· cogitauit aduersum me proditōez? In illis verbis volo te duo notare ꝓmo non dicit quia cogitat sed cogitauit·q̄si iam preteritum est· Scdo q̄ notat ibi non nisi vnum hominem qui prodidit·

¶ Ego autē dico q̄ ipi sunt ꝓditores mei q̄ sunt in pñti·nō qui fuerāt vel futuri sunt·sz q̄ iā viuunt ꝛ Ego eciā dico q̄ non solum vnus hō·sed q̄ multi sunt Sed tu forte potes q̄rere a me ꝛ Mōne duo sunt panes·vnus inuisibil' et spūal'· quo viuūt āgeli et scti ꝛ Scōs de terra quo vescunt hoies? Sz angeli et sancti nichil aliud volūt nisi iuxta tuam volūtatē·et hoies nichil aliud possunt·nisi sicut tibi placuerit ꝛ Quō ergo possūt te prodere? Rñeo tibi audiēte celesti exercitu meo·q̄ oia sciūt et vident in me· sed ꝓpt̄ te vt scias ꝛ Vere duplex est panis vnꝰ angelox qui comedūt panē meum in regno meo· vt satient̄ ineffabili gloria mea ꝛ Ipi enim nō prodūt me· q̄a nichil aliud volunt nisi sicut ego· Sed illi me ꝓdūt·q̄ comedūt panē meū in altari ꝛ Ego vere sum ille panis In pane illo vidēt tria·figura·sapor·et rotunditas ꝛ ¶ Ego vere sum panis·Ego namq; sicut panis habeo in me tria· saporē·figurā·et rotunditatē ꝛ Saporem q̄ sicut sine pane ois cibꝰ est q̄si insipidꝰ et quasi nulliꝰ confortatiōis·sic sine me oīe qcūq; est·ē insipidū·et oīe infirmū et vanū·Ego hēo eciā figurā pāis· quia de terra sum ꝛ Ego eni sū de matre virgine·mater de adā·adam de tra Habeo eciā rotunditatē·vbi nō inuenitur finis nec pncipiū·q̄ ego sum sine pncipio et sine fine ꝛ Nullus pōt cōsiderare vel inuenire finē vl' principium in sapia mea·potētia vl' caritate·Ego sum intra oia·supra oia·z extra omia·eciā si aliqs volaret quasi sagitta sine cessatiōe in ꝓpetuū·nūq; inuēiret finē vel profundū· in potētia et virtute mea ꝛ Propt̄ ista ergo tria·scz saporē·figurā· et rotunditatē·ego sum pāis ille q̄ in altari panis videtur et sentit̄·sed in corpus meum qō crucifixum ē conuertit̄ ꝛ Sicut eni aliquid aridū et cito arsurū·si igni apponeret cito consumit̄·et nichil remanet de figura lignoꝝ·sz totū ē ignis·sic dictis verbis illis·scilicet·Hoc est corpus meum·quod prius fuit panis fit statim corpus meū·nec incendit̄ sicut ligna igne· sed deitate mea·Ideo qui comedūt panem meū·prodūt me ꝛ ¶ Que autē poterit esse abhominabilior interfectio· q̄ illa·vbi aliqs interficit seipm? Aut q̄ deterior proditio·q̄ vbi duo indissolubili vinculo iuncti alius aliū prodit·vt puta coniuges? Quid aūt facit cōsors cū proꝛre voluerit cōsortem? Vere dicit ei sub simulatōe·Eam ad locū illū· vt impleā tecū voluntatē meā·Illa autem in vera simplicitate· parata ad omnē voluntatē ꝓsortis·vadit cū eo·Sed cum oportunū tēpus z locū inuenerit· producit contra eā tria instrumēta proditionis·Aut enim habet aliqd ita ponderosum·q̄ vno ictu interficit eam· Aut ita acutū·q̄ stati intrat in viscera·Aut aliqd quo suffocat̄ statim·et intercludi tur spūs vitalis·Cū aūt mortua fuerit coniunx·cogitat proditor apud se Nūc male feci·si apertū et publicū erit facinus meū·condēnabor ad mortem Ideo vadit et ponit corpꝰ illud cōsortis mortue i occulto loco·ne detegat̄ pctm̄ suum· ¶ Sic faciūt michi nūc sacerdotes·q̄ proditores mei sūt·Ipi enim et ego vno vinculo ligam̄·qñ sumūt panē· et proferēw vba faciūt inꝛ corpꝰ meum verū·qō de virgie sumpsi ꝛ Hoc nō possent oēs āgeli facere·q̄ sacerdotibꝰ sol' illā dignitatē ꝛdi·et ad sūmos ordines ipos elegi·Sz ipi faciūt michi sicut proditores ꝛ Mā ostendūt michi faciē letā z blādā·z ducūt me i occultū locū·vt ꝓdāt Sacerdotes ipi tūc ostēdūt faciē letā·cū vidēt eē boni z simplices· ducūt me i ꝛclaui cū procedūt ad altare Tūc ego patꝰ sū q̄si spōsa vl' spōsus· facē oēm voluntatē eox·sz ipi prodūt me·Primo adhibēt michi ponꝛosū· qñ diuinū officiū qō dicūt michi·ē eis onerosū et g̃ue Magis eni loquunt̄ centū vba ꝑ mūdo·q̄ pro honoꝛe meo vnum ꝛ

magis darent centū marcas auri pro munw·q̄ vnū denariū pro me· magis cēcies laborarēt pro ꝓpa vtilitate et mū di·q̄ semel pro meo honore Hoc onere ꝓmūt me·quasi mortuus sum a cordi bus eor·Sōo pungūt me quasi acuto ferro·qō intrat in viscera· qñ sacerdos accedit ad altare·cogitat se peccasse ⁊ penitet·hns firmā voluntatē peccandi itez pacto officio·cogitāw secū Bene penteo ꝛ pcto·sed nō relinq̄ illā a me cū qua peccaui·ita q̄ non amplius faci am·isti quasi ferro acutissimo me pungūt·Tercio q̄si suffocaī spūs·cum cogi tant secū sic·Bonū et ꝛlectabile ē esse cum mūw·bonum est luxuriari·et non possum continere·faciā voluntatē me am in iuuētute·cū aūt senuerim tūc ab stinere volo·et me emēdare Ex ista pes sima cogitatōe suffocatur spūs· ℞ Sed querī quō? vtiq̄ cor eorū sic frigi datur et tepescit a me et ab omi bono· vt nūq̄ calefieri poterit·nec resurgere ad caritatē meam·Sicut eni ex glacie/ eciam si adhibeaī ignis non surgit flam ma·sed liquescit·sic isti eciā si ꝛtero eis grām meā·et audierint verba āmoniti onis·non tñ exsurgūt ad viam vite·sed arent et deficiūt ab omi bono·Sic er/ go ꝓdunt me ex eo· scz q̄ ostendunt se simplices ⁊ non sunt· et qr grauanī vel turbanī ex honore meo· quo ꝛberēt ꝛ lectari·Ex eo q̄ hnt voluntatē peccan di·et ꝓmittūt se vsq̄ in finem peccatu/ rosTūc eciā quasi abscōdunt me·⁊ po nūt me in loco occulto·quādo cogitāt apud se Scio me peccasse·si abstineo a sacrificio confūdor·⁊ dūdicor ab omi/ bus· ℣ Et accedūt ad altare impu ꝛenter ⁊ ponūt me ante se·⁊ tractāt me deum verū et hoiem·cū q̄bus sum qua/ si in occulto loco·qr nullus scit nec cō siderat q̄ prauī et deformes sunt· ante quos quasi in occulto iaceo deus·quia eciam si pessimus homo fuerit sacerdos et dixerit verba illa·scz·hoc est corpus meum·ipe consecrat verū corpus meū· et iaceo ante eū verus deus et hō· Sz cum ipe applicuerit me ad os suū· tunc ego desum ꝑ grām·cū deitate et hūani/ tate mea ab ipo·forma aūt pānis et sapor remanet sibi·non q̄ non veracit ibi sim cum malis sicut cum bonis·ꝓpter sacra menti institutōem· sed qr sil'em effectuz non habent boni et mali Ecce tales sa cerdotes nō sunt mei sacerdotes·sed ve ri ꝓditores·Ipi enim et me vendūt q̄si iudas·et prodūt· Ego conspitio paga/ nos et iudeos·sz nullos vtꝛo eis dete/ riores·qr ipi sacerdotes sunt in eodē pec cato·quo cecidit lucifer Hūc eciam di co tibi iudiciū eorū· et cui sunt simles· ℞ Horū iudiciū est maledictio·Si cut maledixit dauid eis q̄ non obedie/ runt deo·qui cuz esset iustus ꝓpheta ⁊ rex·non maledixit ex ira vel mala volū tate·seu ex impatiētia· sed ex iusticia ꝛi Sic ego q̄ melior sum dauid·maledico eis qui sunt sacerdotes· nō ex ira vel ex voluntate mala· sed ex iusticia· Male/ dictū ergo sit omne qō de ꝛa ad vtilita tem suā receperint· qr nō laudāt deū et creatorem suū q̄ dedit eis hec· Maledi ctus sit cibus et potus eor qui intrat i os eorū·qui pauit corpus in cibum ver mū et aiam ad infernū· Maledictū sit corpus eor·qō resurget in infernū sine fine arsurū Maledicti sunt anni eorz· q̄bus vixerūt inutilit· Maledicta sit ho ra que incipit eis in inferno·⁊ nūq̄ fini etur· Maledicti sint oculi eor· quibus viderunt lumen celi· Maledicti sint au res eor·q̄bus audierunt verba mea·⁊ non curabāt· Maledictus sit gust9 eor quo gustauerūt uona mea Maledictus sit tactus eor·quo tractauerīt me· Ma ledictus sit oꝛatus eor·quo oꝛauerunt delectabilia·⁊ me neglexerunt de lectabilioē sup omia ℣ Sed que ritur qūo maledicunt? vtiq̄· Maledic/ tus erit visus eor·qr non viderūt visio nē dei in me·sz tenebras ⁊ penas iferni·

Maledicte sunt aures eorum· quia nō audient verba mea·sed clamorē inferni et horrorē; Maledictus ē gustus eorū· qr nō gustabunt de bonis meis eternis gaudiū·sed amaritudinē eternā; Maledictus est tactus eor· qr nō tractabunt me·sed ignē ppetuū· Maledictus ē oculatus eorum·qr non oculabūt oculē illū suauissimū in regno meo·excecantē omnia aromata·sed fetorem in inferno habebūt amariorē felle·et peiorē sulphure Maledicti sunt a celo et tra·et ab oīm bus creaturis insensatis·qr ipa obediūt deo et laudāt·et isti spreuerūt; Propterea iuro i veritate mea qr sum veritas/ q si sic moriunt·et in tali dispositōe qua nunc constituti sunt· nūq caritas mea nec virtus concludet eos in se·sed sine fine damnabuntur;

Qualiter celi exercitu

et sponsa pūtib9 ætas loquit hūanitati contra xpianos·sicut deus moisi cōtra ppl'm isrl'·7 qualit maledicti sacerdotes diligūt mundū et despiciūt xpm·7 æ eorum maledictōe et damnatōe.

Capitulū·xlviij·

Tæbatur magnus exercit9 in celo· ad quē dixit deus; A Ecce audiētib9 amicis meis·qui oia scitis et intelligitis·et videtis in me· loquor ppter istā spōsam meā que hic astat; Ecce quēadmodum aliqs ad seipm·sic deitas mea loquit ad humanitatē meā; Moyses fuit cū dño in monte q̄draginta diebus et noctib9· quē cuz ppl'us abesse tam diu vidissent· receperūt aurū et piecerūt in ignē·7 in conflatus est vitul9·quē vocauerūt deum suū; Tūc dixit deus ad moysen Populus peccauit· ego delebo eū sicut aliquid scriptū abradit de libro Rūdit moises; Mō dne mi; Recordare q exuisti eos de mari rubro·et fecisti eis mirabilia; Si ergo deleueris eos·vbi ē tunc promissio tua? Me queso facias hoc·qa tunc dicent inimici tui; Malus est deus isrl'·q exuxit ppl'm de mari·7 interfecit eos in deserto·et placatus ē æus vbis istis; B Ego sum moyses ille in figura; Deitas mea loquit ad humanitatem·q̄si ad moysen dicens; Elide quid ppl'us tuus fecit·quo contēpsit me·oēs xpiani inficiēt·et delebit fides eorū; Rūdit hūanitas mea; Non dne Recordare quia exuxi ppl'm p mare in sanguine meo·qui a plāta pedis vsq ad verticem laceratus sum·Ego promisi eis vitā eternā·miserere eis propter passionē meā; Hijs auditis placata est deitas ex verbis istis·Et ait; Fiat voluntas tua· qr tibi omē iudiciū datū est; Ecce amici mei q̄lis caritas Sed nūc cora vobis amicis meis spūalib9·scz ângelis et sanctis· et cora amicis meis corpalibus q̄ sunt in mūdo·qui tū nō sunt i mūdo nisi corpore·cōqueror q ppl'us meus collegit ligna 7 incēdit ignē·7 proiecit in eū aurum· et inde surrexit eis vitulus quē adorāt vt deū; Ipe stat quasi vitul9 sup quatuor pedes·habens caput cū gutture et cauda; Moyse aūt tardāte in mōte·dixit ppl'us; Nescimus q̄d acciderit ei·et displicuit eis q exuxerit eos æ captiuitate dicētes; Queramus aliū deū q̄ nos pcedat; Q Sic nūc faciunt michi isti maledicti sacerdotes; Dicunt eni Cur magis nos austeriorē vitā agemus q̄ alij? aut que merces nra? Melius est nobis esse in pace nra 7 volūtate; Diligam9 ergo mundū de quo certi sumus·de pmissione enim eius incerti sum9 Deinde colligūt ligna· idest omēs sensus suos applicāt ad amorem mūdi; Incendūt ignē·cū voluntatē pfectam habēt ad mundū; Ardēt aūt·cū voluptas feruet in mente·7 prodit in actum; Postea proiciūt aurū·idest oēm caritatem et honorē·quē michi deberēt facē· faciūt pro mūdi honore; Tūc surgit vitulus·idest cōpletus amor mūdi·qui hz q̄tuor pcres·scz·accidiā·impatientiam·

gaudium·supfluū·et auariciā Ihū enim sacerdotes q̄ deberēt esse mei· accidiosi sunt ad honorē meū·impatiētes ad ferēdum·nimij in gaudio·et nūq̄ contentā tur de obtētis· O Iste vitulus habet eciā caput et gutt·idest voluntatem oēm ad gulā· vt nūq̄ satiari possit· eciā si influeret totū mare· Cauda vero huius vituli est malicia eor· q̄ nullum p̄mitterēt possidere sua si possent Eulnerant enim et subuertūt oēs q̄ seruiūt mihi·exēplo suo prauo et contēptu· Tal' amoris vitulus est in cordibus eor·ad talē gaudēt et delectant· Be me sicut alli de moyse cogitāt·diu inquiunt defuit· Verba sua vident vana· ⁊ opa onerosa Habeamus voluntatē nr̄am·potestas nr̄a et volūtas sit deus nr̄ Nec eciam hijs contentant·nec ex toto me obliuiscunt·sed hūt me p̄ ydolo· ¶ Gentiles colebāt ligna et lapides· et homies mortuos·Int' quos colebat vnū ydolum noie belzebub·cui⁹ sacerdotes offerebāt ei thus·et faciebāt ei genuflexiones et clamores laudis· Totū eciā q̄d sacrificio eor erat inutile·cecidit in terrā·et aues et muſce comedert illud· Omia autē que vtilia erāt·sacerdotes reseruabāt sibi·Ihū q̄z clauserūt portam sup ydolum suū·⁊ p̄sonalit seruabāt clauem·ne quis alius ingrederet· ℭ Sic sacerdotes michi faciūt isto tempe Ihū offerūt michi thus·idest loquunt ⁊ p̄dicāt verba pulcra ad laudē p̄am· et ad habendū aliquid tempale·nō ex caritate mea·Ideo sicut odor thuris nō capit q̄z sentit et videt·sic verba eor non veniūt ad effectū animarū· vt radicari vel teneri possint corde·q̄z audiunt solū mow verba·⁊ q̄si ad tempus delectare vident·Offerūt p̄ces·sed nullo mō michi placabiles·Sicut illi q̄ clamant ore laudem et silēt corde·Stāt q̄si iuxta me ore clamātes·q̄z corde circūuagant mūdum·Si eni deberēt loq̄ homi alicuius dignitatis·cor haberent cū locutōe·ne deviarent in loquēdo·ne forte in aliquibus notarent·Apud me aūt orāt sacerdotes·quasi hoies q̄ sunt in extasi· q̄ aliud loquunt ore·et aliud hūt in corde·⁊ quor verbis auditor nullā pōt habere certitudinē· Flectūt genua michi·idest humilitatē et obedientiā michi p̄mittūt Sed vere hūiles sunt q̄si lucifer· Obedientes sunt desideriis suis·non michi· Claudūt eciā sup me et p̄sonalē habēt clauē· Tūc apiunt sup me et laudāt·qui dicunt· Fiat volūtas tua sicut in celo ⁊ terra· H Sz claudūt sup me·cū voluntas eor p̄ficit·mea aūt q̄si clausi homis et nullius potentis·nec audiri nec videri potest·Seruāt p̄sonalit clauem cū eciā alios q̄ voluntatē meam facere volūt·retrahunt exēplo suo· Et si possent libent eciā phiberent·ne voluntas mea egrederet et p̄ficeret·nisi iuxta voluntatē eor· ¶ Beiū in sacrificio·custodiunt oia q̄ sunt eis necessaria ⁊ vtilia· et oēm honorē et debitū sibi exigunt· sed de corpe hoim qđ cadit in terram p̄ mortē·pro quo potissimū sacrificium offerre tenerent·q̄si inutile iudicāt tractantes muscis idest vermibus· Be debito aūt eius aut ⁊ salute aie·minimū curāt nec attēdūt· ¶ Sed q̄d dictū ē moysi? Interfice eos q̄ hoc ydolū fecerūt· vbi si aliqui sūt interfecti·non tū omēs· Sic nunc veniēt verba mea q̄ occidēt eos· Alios ad corpus ⁊ aiam·p̄ eternā damnatōem·Alios ad vitā·vt cōuertant ⁊ viuāt·Alios ad celerē mortē· quia ipsi sacerdotes sunt michi omino odiosi· G Et cui eos siłabo· Ihū vere sunt similes fructui spine·q̄ exterius ē pulcer et rubicundus·interi⁹ vero plen⁹ immundicia et aculeis Sic ipi accedūt ad me q̄si hoies rubicūdi caritate·et mūdi vident hoibus·q̄z intus pleni sunt oi spurcicia Hic fructus si ponat in terrā·inter iterū alie spine succrescūt·Sic ipi i corde q̄si in tra occultāt pcta sua et malicias·Et sic radicant in malo· q̄ eciā non

erubescunt prodire foras·et gloriari de pctō suo·¶ Ñ alīq nō solum sumūt occasionē peccandi·sed eciā graue vulnerāt ad aiam·cogitātes secū sic· Si sacerdotes hoc faciunt·mltomagis ē nobis licitū·Ihī quippe non solū fructuosz et spine similes sunt·qr ædignant tangi correptōibus ⁊ āmonitionib⁹·⁊ nullos reputāt seipis sapiētiores·sz oia posse facere q̄ volunt·Ihīo uro in deitate mea et hūanitate angelis oibus audientibus·q̄ frangā ostiū qō clauserīt super voluntatē meā·et ipa cōplebīt· et eorū voluntas adnichilabīt et claudet sine fine in pena·Propterea sicut antiquit⁹ dictū est Incipiam iudiciū meum in clero et ab altari meo·

Uerba xpi ad sponsā·

q̄liter ipe xps similat moysi i figura educenti pplm de egypto·et q̄liter maledicti sacerdotes quos loco pphetarū in maiores amicos elegit·nūc clamāt discede a nobis· Capitulū·xlix·

Eli⁹ei loquebat· ¶ Ego similaui me prius moysi in figura·qui cū educeret pplm stabat aqua q̄si murus·a dextris et sinistris⁊ Ego certe sū ille moyses in figura q̄ eduxi pplm xpianum·idest apui eis celū et ostēdi eis viā·Sz nunc elegi michi alios amicos· pphetis spāliores ⁊ secretiores·videlicz sacerdotes· q̄ non solū verba mea audiūt ⁊ vidēt cū meipm vident·ymo eciā tractāt me manib⁹ suis·qō null⁹ pphetar vl' angelor facere poterat·¶ Ihīi sacerdotes q̄s loco prophetarū in amicos elegi·clamāt ad me· nō cū tali desiderio et caritate q̄li pphete·sz clamāt duab⁹ ptrarijs vocib⁹ Mō eni clamāt sicut pphete·Eleni dñe quia dulcis es·sz clamāt·discede a nobis·q̄a verba tua sunt amara· et opa tua ḡuia· et scandalū nobis faciūt·Ecce maledicti sacerdotes qō dicūt·Ego sto añ eos quasi ouis mitissima·de qua sumūt lanā ad vestiendū·et lac ad reficiendū·⁊ ad huc pro tāta dilectōe abhominant me⁊ Ego sto añ eos q̄si hospes q̄ dicit Amice da michi necessaria vite·qr indigeo et recipe mercedē optimā a deo⁊ Sed ipi p ouis simplicitate repellūt me·quasi lupū insidiātē ouib⁹ pāsfamilias⁊ Pro hospitalitate pfundūt me·q̄si pditorem indignū hospitō·⁊ colligere me renuūt

¶ Sz qd factur⁹ est hospes repulsus? Nunqd oz producere arma cōtra domesticū repellentē se? Nequaq̄·ℓ enī nō est iusticia·qr possessor sui pōt dare ⁊ negare sua cui voluerit Quid ergo hospes facturus ē? Utiq̄ tenet dicere repellēti se⁊ Amice qr tu nō vis colligere me·vadā ad aliū q̄ faciet miam mecum Qui veniēs ad aliū·audit ab illo⁊ Bñ venisti dñe mi·oia mea tua sūt⁊ Tu sis nūc dñs·ego āt volo eē seru⁹ et hospes· In tali hospitio vbi ego talē vocē audio·placet michi hitare⁊ Ego q̄pe sum quasi hospes repulsus ab hoib⁹·sz licet vbiq̄ possū ingredi p potētiā·tñ dictāte iusticia nō ingrediōr· nisi ad eos qui bona volūtate me tanq̄ vex dñm· non q̄si hospitē suscipiūt⁊ Et qui voluntatē suā in man⁹ meas relinquunt⁊

Uerba matris et filij

bñdictōis et laudis ad invicē·⁊ de grā a filio matri ꝓcessa pro i purgatorio existētibus·⁊ in hoc mūdo manētibus

Capitulū·l·

Dāt dei loquebat ad filiū dicens· ¶ Bñdictū sit nomē tuū fili mi sine fine cū deitate tua·q̄ est sine p̄ncipio et sine fine⁊ In deitate tua sūt tria mirabilia·scz potētia·sapia· et virt⁹ Potētia tua ē quasi ignis ardētissimus·añ cui⁹ faciē omne qō cunq̄ est firmū et forte· tanq̄ stramē desiccatum in igne reputāt⁊ Sapiētia tua ē q̄si mare·qō p magnitudine hauriri nō potest Qō eciā cū excrescit et effluit·valles ⁊ montes opit·sic sapia tua comprehendi

e·ij·

et inuestigari nō potest ꝙ sapient̄ creasti hoiem·et cōstituisti eū sup oēm creaturā tuā ꝙ sapient̄ disposuisti aues in aere·bestias in terra·pisces in mari· et vnicuicꝫ dedisti tēpus suū et ordinē ℣ mirabilit̄ das oib⁹ vitā et aufers Quā sapient̄ insipientibus das sapiam·et aufers a supbis ꝙ Virtus tua ē quasi lumē solis·qđ lucet in celis·et terrā sua luce replet ꝙ Sic virtus tua supra et infra satiat et oia replet ꝙ Iꝛco sis tu bñdictus fili mi·q es ℣us me⁹ et dñs meus ℟ Rñdit filius ꝙ Carissima mat̄ mea·ꝟba tua dulcia sūt michi·qꝛ de aia tua procedūt ꝙ Tu es q̄si aurora procedēs cū serenitate·Tu radiasti sup omēs celos lux tua et serenitas tua·excellit omēs angelos ꝙ Tu attaristi ad te serenitate tua solem verū·idest deitatē meā ꝙ In tm̄ qđ sol deitatis mee vemēs in te· fixit se i te et ex cuius calore calefacta es sup oēs caritate mea·Ex cuius splēdore illūiata es plus oibus·sapia mea ꝙ Tenebre fugate sunt·ꝛ oēs celi illustrati sūt p te In veritate mea dico·q̄ puritas tua q̄ michi sup omēs angelos placuit·traxit deitatē meam in te·vt ex calore spūs in flāmareris·q̄ verū ℣ū et hoiem in vtero tuo cōclusisti·quo hō illūinatus est·et āgeli letificati sunt ꝙ Iꝛco bñdicta sis tu a bñdicto filio tuo ꝙ Propt̄ea et nulla erit petitio tua ad me·q̄ non exaudiatur·et p te omēs q̄ petūt miam cū voluntate emēdandi·grām habebūt ꝙ Quia sicut calor procedit a sole· sic p te ois miam dabit̄· Tu enim es q̄si fons largifluus de quo mia miseris fluit ꝙ ℟ Rñdit mater iterū filio ꝙ ¶ Omis virt⁹ ꝛ gloria sit tibi fili mi ꝙ Tu es deus me⁹ ꝛ misericordia·a te ē oīe bonū qđ habeo ꝙ Tu es quasi semē qđ nō est seminatū·ꝛ tm̄ crevit·et dedit ex se fructum centesimū et millesimū· Be te eni procedit ois mia· que qꝛ innūerabilis et indicibil̄ ē· bū significari pōt in cētenario numero in quo notat̄ pfectio·qꝛ a te ē omis pfectus et pfectio· Rñdit mri filius Clere mater bñ similasti me semi·qđ nō semiabat̄·et tm̄ crevit ꝙ Quia cū deitate veni in te·ꝛ hūanitas mea nō ex cōmixtione seminabat̄·et tm̄ crevit in te·ex qua omnib⁹ pfluxit mia ꝙ Ideo bñ dixisti· Nūc ergo qꝛ p dulcissima verba ors tui·trahis miam a me·pete qđcūqꝫ vis·ꝛ dabitur tibi ꝙ Rñdit mater ꝙ Fili mi·qꝛ miam ego a te psecuta sum·ideo miam et auxiliū peto miseris ꝙ Quatuoꝛ quippe sunt loca Primus ē celū in quo āgeli ꝛ scōꝝ aie·nullo indigēt nisi te·quē hñt ꝙ In te eni hñt oīe bonū ꝙ ℣ Scōus loc⁹ est infernus· et habitātes in eo impleti sunt malicia·et exclusi ab oīi mia·ideo nichil ad eos potest amplius intrare ℣ bono ꝙ Terci⁹ locus ē purgatoriū ꝙ Ipsi eni indigent triplici mia· qꝛ triplicit̄ affligunt̄· Turbant̄ quippe auditu· qa nichil aliud audiūt·nisi voloꝛes pene ꝛ miserie·Affligunt̄ visu·qꝛ nichil vidēt nisi miseriā suā ꝙ Affligunt̄ tactu· qꝛ sentiūt calorē ignis intolerabilis·et grauis pene ꝙ Da eis dñe mi et fili miam tuā ꝑpt̄ ꝑces meas ꝙ ¶ Rñdit filius ꝙ Libent̄ propter te dabo eis triplicē miam ꝙ Primo auditus eoꝝ allenabit̄· visus mitigabit̄ pene remissioꝛ et mitioꝛ erit ꝙ Insup qui cūqꝫ ab ista hora sunt in sūma pena purgatorij·venient̄ ad mediā ꝙ Et q sūt i medio·venient̄ in leuissimā penā ꝙ Qui autē in leuissima pena sūt·trāsibūt ad requiē ℣ Rñdit mat̄·Laus ꝛ honoꝛ sit tibi dñe mi ꝙ Et statim mat̄ subiūxit ad filiū Quart⁹ locus ē mūdus·et hitatoꝛes ei⁹ indigēt trib⁹·Primo ꝑtritōe pro pctis ꝙ Scōo satisfactiōe·Tercio fortitudine ad faciendū bona ꝙ Rñdit filius ꝙ Omis quicūqꝫ invocaverit nomē tuū·et spem hz in te cū proposito emēdādi cōmissa· ista tria dabunt̄ ei ꝙ Insup et regnū celeste·Tāta eni ē michi dulcedo in verbis tuis·vt nō possim negare q̄ petis·quia nichil aliud vis·nisi qđ ego·Tu demꝫ es q̄si flāma lucēs et ardēs· q̄ lumiaria

extincta accendunt·et inaccēsa cōualescunt·sic ex caritate tua q̄ ascendit i cor meū·z attraxit me ad te·reuiuiscēt qui in pctis sunt mortui·et tepidi q̄si fumus nigri in caritate mea cōualescent z

Verba bñdictiōis matris ad filiū audiēte sponsa· et q̄lit filius gliosus figurat pulcerrime suā dulcissimā mr̄em p florem natum in valle·

Capl'm·lj·

Qat̄ mr̄i loquebat̄ ad filiū dicens ✠ Bñdictū sit nom̄ tuuz fili mi ihū xp̄e·Honor sit hūanitati tue sup oia q̄ creata sunt· Glia sit mrita ti tue sup oia bona que ē cū hūanitate tua vnus ℞ ¶ Kñdit filius z Mat̄ mea tu es silis flori q̄ creuit in vna valle·circa quā vallē erant q̄ncz alti mōtes·Et creuit flos ip̄e de tribz radicib9·cū recto hastili·q̄ nullos hēbat nodos·Hic flos hēbat q̄ncz folia·plena omni suauitate·Vallis āt excreuit cū flore suo sup istos q̄ncz mōtes· et folia floris dilatauerūt se sup oēm altitudinē celi·et super oēs choros angelor Tu dilecta mater mea·tu es vall'illa propt̄ hūilitatē tuā·quā p̄ alijs habuisti· Hec excessit quicz mōtes Prim9 mons erat moyses·ꝓpter ptātem· Jp̄e eni habuit ptātem in lege sup ꝓpm meum· ac si fuisset ꝯclusus in pugno suo· Tu āt cōclusisti oim legum dīm in vtero tuo· Jdeo tu altior illo mōte· ✠ Scōs mons erat helyas·q̄ sic scūs fuit·q̄ cū aia z corpe fuit assūptus in scm̄ locū·Tu āt carissima mater mea·aia tua assumpta fuit sup oēs choros angelor ad thronū dei·et cū ea est mūdissimū corpus tuum·Jdeo tu altior helya Terci9 mons erat fortitudo samsonis·q̄ habuit sup oīs hoies·tā vicit eū dyabolus fallacia sua· Tu āt vicisti dyabolū fortitudine tua·Jdeo tu fortior samsone Quart9 mons erat david·q̄ fuit vir scōm cor meū·z voluntatē meā et tā cecidit in pctm̄ ·Tu aūt mat̄ mea seq̄baris oēm voluntatē meā· et nunq̄ peccasti·Quitus mons erat salomon q̄ fuit plenus sapia·tā fuit infatuat9· Tu vero mat̄ mea plena fuisti oīm sapia· et nunq̄ fuisti insipiēs nec decepta· Jdeo altior salomone· ¶ Flos aūt prodijt de tribz radicibus·q̄ tu a iuuētute tua habuisti tria·scz obediētiā·caritatē· et diuinam intelligentiā· ¶ De hjs eni tribus radicibz creuit hastile rectissimum sine oīm now·imō volūtas tua·que nū q̄ flectebat̄ nisi ad velle meū· ¶ Flos eciā iste habuit q̄ncz folia· que excreverunt sup omēs choros angelor z Clere tu mat̄ mea flos istor q̄ncz folior̄ es z Primū foliū ē honestas tua·in tm̄ q̄ angeli mei q̄ sunt honesti añ me·ꝓsiderantes honestatē tuā·viderūt eam supra se eē·et eminentiorē illor sctitate z honestate·Jdeo tu altior es angelis·Scōm foliū est mia tua q̄ tanta fuit·q̄ cū videres oīm aiaz miseriā·cōpatiebaris eis· et passa es maximā penā in morte mea z ¶ Angeli sunt plēi mia·tā nunq̄ patiūtur wlorē· sed tu pissima mr̄ misserta es miseris·q̄ sentiebas oēm wlorē ℞ morte mea·et ꝓpt̄ miam voluisti magis pati wlorē·q̄ exempta esse ab eo z Jdeo mia tua excessit oīm angelor miam Terciū foliū ē mititas tua· Angeli q̄ppe mites sunt et cupiūt oibus bonū· sz tu mater mea carissima·añ mortē tuā habuisti in aia tua et corpe voluntatē·q̄si angelus et fecisti oibus bonum·Et nulli adhuc negas q̄ rationabilit̄ petit suā vtilitatē Et ideo mititas tua excellētior ē angel' O Quartū foliū est pulcritudo tua z Angeli eni ꝓsiderāt alter alteri9 pulcritudinē·et pulcritudinē oīm aiaz z oīm corpor admirant̄·sed aie tue pulcritudinē vidēt esse sup oia que creata sunt· et corpis tui honestatē excellere omēs hoies qui creati sunt·Et sic omēs angelos·et oia q̄ creata sunt· excessit pulcritudo tua·Quintū foliū erat diuina ℞lectatio tua· q̄a nichil delectabat te nisi

deus· sicut nec delectat angelos aliud
nisi de⁹·⁊ qlibet eor sentit et sentiebat
delectatōem suā in se ℭ Cū āt videt ꝛle
ctatōem tuā in te ad deū· videbāt eis i
pscientia sua·ꝙ delectatio eor arꝛeret m
eis·qsi lumē in diuina caritate· Videtes
āt delectatōem tuā esse tanꝙ ardentissi
mū rogū·ardētē feruētissimo igne·⁊ sic
altū ꝙ flāma eius appropinqbat deitati
mee·Et ideo mat dulcissima bñ arde-
bat delectatio tua diuia·sup omēs cho
ros āgelor⁊ ℭ Hic flos q̄ habuit hec
q̄nq; folia·honestatē scz·miam·mititatē
et pulcritudinē ⁊ summā delectatōem·
erat plen⁹ omi dulcedie⁊ Quicūq; aūt
voluerit gustare suauitatē·dz appropi-
q̄re suauitati·et recipe eā in se·sic ⁊ feci
sti tu bona mat Tu eni fuisti sic dulcis
pri meo·ꝙ ipe recepit te totā i spm̄ suū·
et dulcedo tua sup oēs placuit ei⁊ Flos
eciā portat semē et calore et ex virtute
sol·et q̄ crescit fruct⁹⁊ Sz bñdict⁹ ille
sol·scz deitas mea·q̄ suscepit hūanitatez
de vgineis tuis viscerib⁹ Mā sicut semē
vbicūq; seminat·tales flores germinat
q̄le semē fuerit·sic mēbra mea cōformia
fuert membris tuis· in forma et facie·tū
ego fui vir·tu vgo femia Hec vallis ex
altata ē sup oēs mōtes cū flore suo· qū
corpus tuū exaltatū est sup oēs choros
angelor·cū scissima anima tua⁊

Verba mris bñdictōis

et rogatōis ad filiū·vt vba sua dilaten
tur p mundū·⁊ radicent i cordib⁹ ami-
cor suor· et q̄liter ipa virgo p florē in
orto natū·mirabilit designat·Et ꝛ ver
bis xpi p spōsam trāsmissis ad papam ⁊
alios plātos ecclesie⁊ Cap·liij·

BEata virgo loqbat ad filiū
dicens⁊ A Bñdict⁹ sis
tu fili mi et deus me⁹·⁊ dns
angelor et rex glie⁊ Rogo te vt verba
tua que locutus es radicent in cordibz
amicor tuor·et ita firmit mētibus ihe-
reant·sicut bitumē quo arca noe linita
est·q̄ nec pcelli nec vēti dissoluere po-
tuerūt⁊ Dilatent eciā p mundum·sicut
rami et flores suauissimi· quor odor la-
te spargit·Fructificēt insup ⁊ dulcescāt
sicut dactilus·cui⁹ suauitas animā dele
ctat⁊ ℭ Rndit filiꝰ Bñdicta sis tu caris
sima mat mea⁊ Gabriel angelus me⁹ di
cit tibi Bñdicta inqt sis tu maria p mu
lieribus·Et ego phibeo tibi testimoniū
q̄ tu bñdicta et scissima es· sup oēs āge
lorū choros·Tales q̄si flos in orto·quē
licet diuersi odoriferi flores circūstent·
tñ ipe oēs excellit in odre·in pulcritu-
dine et virtute⁊ Flores isti sunt oēs elec
ti ab adā vsq; ad finem mūdi· q̄ in orto
mūdi plātati·diuersis virtutib⁹ nituert
et floruerūt· B Sz int oēs q̄ fuerūt
et q̄ post futuri sunt·tu excellētior fuisti
in odre bone vite et hūilitatis· In pul
critudine gtissime virgitatis·in virtute
abstinētie·Testimoniū eni phibeo tibi·
ꝙ tu in passione mea plus fuisti ꝙ mar-
tir In abstinētia tua plusꝙ aliqs pfesso
rum⁊ In mia et bōa volūtate plusꝙ an
gelus·Ideo ꝓpter te verba mea radica
bo q̄si bitumen fortissimū in cordib⁹ ami
corū meor⁊ Dilatabunt q̄si flores odo
riferi·et fructificabūt quasi dactil⁹ sua-
uissimus et dulcissim⁹⁊ ℭ Dein loqbat
dns ad spōsam· Dic amico meo pri tuo
cuius cor ē scōm cor meū· ꝙ hec verba
cōscripta exponat diligent et ipe archi-
epō·et postea alij epo assignabit⁊ Qui-
bus diligent informatis postea trāsmit-
tat ad terciū epm⁊ Dic eciā ei ex parte
mea·ego sū creator tuus et redemptor
aiarū Ego sū deus quē p ceteris diligis
et amas⁊ Cōsidera ⁊ vide ꝙ anie q̄s re
demi sanguie meo· sunt sicut illor aie q̄
ignorāt deū·⁊ sūt captiue a dyabolo tā
horribilit·ꝙ in oibus mēbris punit eas
quasi in plo arto· Propterea si vulnera
mea sapiūt tibi in aio⁊ Si flagellatōem
meā et dolorē alicui⁹ reputatōis habes
ostēde opibus tuis·quantū me diligis⁊
℣ Et verba mea que ꝓpo ore locut⁹

sum·in publicū venire facias· et ad caput ecclesie psonalit̄ wfer· Babo enim tibi spīm meum· q vbicūq; duoꝝ fuerit dissensio·in noie meo ex virtute tibi data cōfederare possis·si crediderint· Insup et ad maiorē euitentiā verboꝝ meorum·eoꝝ testimoniū tecū ad pontificee deferes·q̄bus verba mea sapiūt et delectant· Uerba eni mea sunt q̄si adeps·q quāto maior calor intus fuerit tāto citius liquescit· Ubi aūt calor nō fuerit· reicit̄ et nō puenit ad iteriora· Sic verba mea sūt·q; q̄nto hō plꝰ caritate mea feruēs·mandit ea et terit·tāto plus impinguat̄ ex dulcedine celestis gaudij et interni amoris·et tanto plus inardescit ad amorē meū· Quibꝫ aūt nō placent verba mea·q̄si aruinā hnt in ore·qua degustata statim eiciūt ab ore et cōculcāt Sic verba mea ab aliq̄bus despiciunt̄· q; dulcedo spūalium nō sapit eis· Pceps autē terre quē in mēbrum meū elegi·et vere meū feci·virilit adiuuabit te·ꝛ necessaria p via ꝛ bonis bene acquisitis ministrabit·

Uerba matris et filij

bñdictionis et laudis ad inuicē·et qualiter virgo figurat̄ p arcam· vbi erant virga mãna et tabule legis·in q̄ figura multa mirabilia continent̄·

Capl'm·liij

corpus meum per numerum annorum crevit·et non in vno puncto·Respondeo Spiritussanctꝰ qui est eternaliter in patre·et in me filio·ostendit prophetis que ego in carne vēturus facturus essem et passurus·ideo placuit ætati·vt tale corpus assumerem in quo laborare possem·a mane vsq; ad vesperam·et ab anno in annuꝫ·vsq; ad finem mortis Ergo ne verba prophetarum viderēt mania·ideo ego filius dei corpus assumpsi·sil'e Aꝛ absq; pctō·in quo sil'is esseꝫ eis ꝗs redempturus erā·vt per caritatem meam homo aversus reduceretur·mortuꝰ suscitaret·et venditus redimeretur ¶ Responsio questionis quinteꝫ Item Cur nō omnibus ostendi potentiam deitatis mee·et ꝙ eram vere deus quando dixi in cruce Consumatum est·Respondeo Omia quecūq; scripta erāt de me oportebat ꝙ adimplerentur·Et ideo ego omia illa compleui vsq; ad vltimū punctum; Sed quia etiam multa predicta erant ꝛ resurrectione et ascensione mea·ideo necesse erat vt etiaz illa haberēt effectū; Si ergo in morte mea ostensa fuisset potentia deitatis mee·ꝗs fuisset ausus me ꝛponere ꝛ cruce et sepelire ¶ Beniq; pro minimo michi fuisset descendisse de cruce et strauisse crucifixores·quomodo ergo impleta fuisset prophetia·aut vbi tūc virtus patientie mee? Quod et si descendissem de cruce nunquid ꝛ omnes credidissent·Munꝙ non dixissent me fecisse arte maligna? Nam si indignabant·quia suscitaui mortuos·sanaui infirmos·maiora dixissent si descendissem ꝛ cruce ¶ Et ideo vt solueretur captiuus·ego liber captus sum Et vt nocentes soluerentur· ego innocens steti stabiliter in cruce; Et per stabilitatem meam·omnia instabilia stabiliui·et infirma confirmaui·

Christus filius dei loquens sponse sue Birgitte·instruit eam dicens·ꝙ in vita spirituali labore et vigorosa perseuerantia et acquiescere cū humilitate cōsilio senioris resistendo viriliter temptationibus acquirit requies mentis ꝛ eterna gloria ꝛ ponit exemplum de Jacob qui seruiuit pro Rachel Nam dicit ꝙ quibusdam veniunt fortissime temptationes in principio cōuersionis ad vitam spiritualem; Quibusdam vero veniunt in medio et circa finem·Et ideo timendum et cum humilitate in virtutibus et labore vsq; ad finē perseuerandum est Reuelatio sexta·

Filius loquitur Hꝛ Scriptuꝫ est·ꝙ Jacob seruiuit ꝓ Rachel·ꝛ videbantur sibi dies pauci pre amoris magnitudine· quia magnitudo amoris labores alleuiabat; Verum cū Jacob credebat assequi ætiderabile suuꝫ·circūuentus est·nec tamē adhuc a labore ꝛstitit·quia amor ꝛ difficultate non cessatur·donec assequitur quod optat ¶ Sic est in spiritualibus· Multi enim vt obtineant celestia laborant viriliter·orationibus et pijs laboribus; Sed cū ad contemplationis quietem pertingere credunt·involuunt temptationibus· accrescunt tribulationes et vbi se quasi perfectos arbitrabantur inueniunt se ex toto imperfectos; Nec mirum Nam temptatiōes sunt que hominē probant et purgant·et perficiunt· ¶ Jꝛo quibusdā accrescūt temptationes in pncipijs uersionis sue ad vitā spūalem; Et hij tales pfectius in fine solidantur· Alij grauius temptant in medio·et circa finē Et hij sollicite ꝛ seipis aduertant· nunq; ꝛ se presumant sed eo fortius laborent sicut dixit laban· Consuetuꝫ inquit est prius sororeꝫ maiorem accipere· quasi diceret prius exerce laborem·et post habebis requiem optatam ¶ Ideo filia non mireris· si etiam in senectute accrescunt temptationes· Quia sicut licet viuere·ita etiam possibile est temptari; Dyabolus

enim nūq̄ dormit·quia temptatio occasio est perfectionis·vt homo nō p̄sumat ¶ Ecce ostēdo tibi exemplū de duob⁹· vn⁹ in principio sue p̄uersionis tēptat⁹ est·et perstitit et p̄fecit·ꝛ assecutus est quod quesiuit; Alⁱ⁹ in senectute sua expertus est graues temptationes· quas parum nouit in iuuentute·quibus sic inuolutus est·vt omnū priorum quasi obliuisceretur; Uerum quia stetit cōsilio· et a labore non restitit·licet frigidus factus et tepidus·ideo peruenit ad optata et ad requiem mentis·cognoscens in seipso·q̄ iudicia dei occulta sunt·et iusta et nisi fuissent ille temptationes·difficulter peruenisset ad eternam salutem·

Interrogatio· xij·Questio prima·

ITem apparuit religiosus q̄ supra in gradu suo stans et dicens O iudex q̄o a te Cur magis nasci voluisti de virgine·q̄ de alia muliere non virgine ¶ Questio secunda Item Cur non ostendisti visibili signo·q̄ ipa erat mat̄ et vgo pura ¶ Questio tercia· Item Cur intantum occultasti nativitatem tuā·que quasi pauciss⁹ mis innotuit ¶ Questio quarta· Item Cur fugisti in egyptum p̄o herode Et cur innocētes pueros occidi permisisti· ¶ Questio quinta; Item Cur permittis te blasphemari·et falsa prevalere veritati· Responsio questionis prime·

REspōdit iudex A O amice Ideo magis de vgine nasci volui q̄ de femina non vgine·quia michi de mundissimo omnia decent mundissima Nam natura homis q̄dem stetit in ordine creatiōis sue·nichil habuit deforme· prevaricato vero mādato·accessit statim quoddam erubescibile·sicut contingit hominibus peccantibus contra dominū suum temporalē· qui etiam de membris quibus peccauerunt erubescunt ¶ Accedente itaq̄ erubescentia prevaricationis· mox auctus est motus inordinatus·Et maxime in illo membro· quod ad maiorem fructū institutum fuit· qui tamen mot⁹ ne inanis esset a fructu· dei bonitate conuersus fuit in bonum·et per diuini mandati institutionem· concessum est opus cōmixtionis carnalis·vnde natura fructificaret B Uerum quia gloriosius est se supra mandatum extendere· adijciendo ex caritate qualecunq̄ bonum quis poterit·Ideo placuit deo·illud magis ad opus suum eligere·quod ad maiorem mūdiciam et caritatem tendebat·ꝛ hoc est virginitas·quia virtuosius et magnificentius est in igne tribulationis esse·et non ardere· q̄ sine igne esse· ettamen velle coronari ¶ Nunc autem quia virginitas est quedā semita pulcerrima ad celum; Coniugium vero est quasi via· Ideo decuit me dum mundissimū. in vgine mundissima quiescere ¶ Et sicut p̄mus homo factus est de terra·que quodammodo erat virgo·quia nondū polluta sanguie·et quia Adam et Eua peccauerunt gula·scilicet comedentes fructum vetitū in sanitate nature· id est natura generationis permanente incorrupta ꝛ integra·sic et ego de⁹ volui recipi in mūdissimo receptaculo·vt p̄ bonitatem meam omnia reformarent· ¶ Responsio Questionis secunde; Item cur nō ostendi apertis signis· q̄ mater mea erat virgo et mater A Respondeo· Omnia misteria incarnationis mee insinuauit prophetis·vt tanto firmius crederentur·quanto longius fuerunt predicta; Quod vero mater mea vere ante partu·et post erat virgo·sufficiebat testimonium Joseph· qui custos et testis virginitatis eius extitit·cui⁹ pudicicia etiam si euidentiori miracnlo ostensa fuisset·nullatenus tamen diffidentiu malicia destitisset a blasphemia· q̄ diffidūt virginem concepisse de deitatis potentia·non attendentes q̄ hoc michi deo est facilius· q̄ solem penetrare vitrum· ¶ Uerumetiam iusticia deitatis mee

fuit·vt misterium incarnationis diuine absconderetur dyabolo· et hominibus tempore gratie reuelandum; Nunc autem dico·q̄ mater mea vere est mater et virgo· ℬ Et sicut in plasmatione Ade et Eue mirabilis erat potentia deitatis · et in cohabitatione eorum delectabilis honestas·sic in accessiõe ℣itatis mee ad virginem · mirabilis erat bonitas·quia incomprehensibilis diuinitas mea descendit in vas cõclusum·absq̄ sui violatione ℂ Fuit quoq̄ ibi delectabilis cohabitatio michi·quia ego deus includebar hũanitate·qui vbiq̄ eraz deitate· ℂ Admirabilis etiam fuit ibi potentia·Quia ego deus incorporalis egrediebar de vtero corporalis salua virginitate·Ergo quia homo erat difficilis ad credendum· mater vero mea est totius humilitatis amica· Ideo placuit michi ad tempus·pulcritudinem ⁊ perfectionẽ eius abscondere· Et et mater haberet aliquod meritũ·quo perfectius coronarẽ· et ego ℣us glorificarer amplius in tpe illo·in quo promissa implere vellẽ·bonis in meritũ· malis autẽ in retributionem ℂ Responsio questionis tercie; Item cur nõ ostendi hoibus natiuitatem meã Respõdeo· Licet dyabolus amiserit dignitatem conditionis prime·nõ tamẽ amisit scientiã· que ei est ad ꝓbationem bonorũ·et confusionẽ ꝓpriam Et ergo hũanitas mea crescceret et ad prefinitũ tempus veniret· ideo absondendũ erat misteriuz pietatis mee dyabolo Quia occultus venire voluiad ℣bellandũ dyabolum· et despectus esse statui·propter arrogantiã hominuz ℣primendam ℂ Ipsi quippe magistri legis quem in libris suis legebant despererunt·quia veni humilis Et quia superbi erant·noluerunt audire iusticiã veram que et fide redemptionis mee est·Ideo confundentur·cum venerit filius perditionis in superbia sua ℂ Si vero venissem potentissimus et honorabilissimꝰ quomodo tũc humiliatus fuisset superbus; Aut nũc superbus ingredietur celum? Nequaq̄ Veni ego humilis vt homo addiscceret humilitatem·et abscondi me a superbis· quia nec meam diuinam iusticiaz·nec seipsos intelligere voluerunt ℂ Responsio questionis quarte; Item Quare fugi in egiptum ℟ Respondeo ante preuaricationez mandati·vnica via erat ad celum lata et lucida·lata scilicet in virtutum abundancia·lucida in sapientia diuina· et obediencia bone volũtatis·Transmutata ergo volũtate·inchoate sunt due vie·vna ducebat ad celum·alia abducebat·obedientia duxit ad celum· inobedientia seduxit. Quia ergo in hominis arbitrio erat electio boni et mali·scilicet obedire et non obedire; Ideo peccauit· quia aliter voluit q̄ ego deus volui euz velle; Et ergo homo saluaretur · iustum et dignum fuit·vt aliquis talis veniret· qui eũ redimeret·qui et obedientiã perfectã haberet et innocentiam·⁊ in quo qui vellent possent ostendere caritatez et qui vellent maliciam ℂ Sed ad redimẽdum homines non debuit mitti angelus·quia ego deus gloriam meam alteri non tribuo; Nec inuentꝰ est homo qui pro seipso posset placare me·et minꝰ pro alijs·Ideo ego deus solus iustus veni iustificarẽ omnes ℂ Quod autẽ ego fugi in egyptum in hoc infirmitas humanitatis mee ostensa est·et prophetia cõpleta est·exemplum etiam dedi futuris quia quandoq̄ persecutio declinãda est propter maiorem futuram gloriam dei· ℂ Quod vero non inueniebar a persequentibus·consiliuz deitatis mee preualuit humano·quia pugnare contra deũ non est facile ℬ Quod vero infantes occisi sunt·signum passionis mee future erat·et misterium vocandorum·et caritatis diuine·Quia licet ipsi infantes nõ phibuerũt michi testimoniũ voce et ore·phibuerũt tñ morte·sicut ꝓgruebat

infantie mee ⁊ Quia ꝓuisum erat vt etiã sanguine innocentum laus ẽi perficere tur ⁊ Nam licet malicia iniustorũ eos iniuste afflixerit mea permissio tñ diuina semp iusta ⁊ benigna eos non nisi iuste exposuit ad ostendendã maliciã hoim ⁊ ẽitatis mee incõprehensibile consiliũ et pietatẽ ⁊ Ergo vbi in pueris efferbuit iniusta malicia ibi iuste supabundauit meritum et gratia ⁊ Et vbi lingue defuit cõfessio et etas Ibi sanguis effusus accumulabat perfectissimũ bonũ ¶ Respõsio questionis quinte . Item Cur permitto me blasphemari Rñdeo Scriptũ est ꝙ cum Dauid rex declinaret ꝓsecutionẽ filij quidam in via maledixit ei quẽ serui eius volentes occidere prohibuit eos dauid duplici de causa ¶ Primo qr spem habuit reuersionis ¶ Scõdo qr cõsideranit propriam infirmitatẽ et peccatum et fatuitatem maledicẽtis deiꝫ in se patientiã ⁊ bonitatem ¶ Ego suꝫ dauid in figura homo quippe persequitur me tanꝙ seruus dominũ per mala opera sua ejciendo me de regno meo id est de anima quã ego creaui que meuꝫ regnũ est ¶ Deniꝫ reprehendit me tanꝙ iniustum in iudicio blasphemat etiam me quia patiens sum ¶ Verum quia mitis sum suffero insipientiã eorũ et quia inter sum expecto cõuersionẽ eorum vsqꝫ ad vltimũ punctũ ¶ Demũ qr homo credit magis falsitati quã veritati diligẽs plus mundum ꝙ me cum suũ ideo non mirum si malus tolerat in malicia sua qr nec vult inquirere veritatem nec resipiscere a malo suo Xpũs loquẽs sponse laudat frequentationem confessionis ne homo amittat gratiam diuinã quam hꝫ Reuelatio septima libro questionũ.

Filius loquitur vbi ignis est in domo necesse est foramen ꝙ exeat fumꝰ vt inhabitator ex calore gaudeat ¶ Sic quicunꝫ spirtum ⁊ gratiam meã diuinam tenere desiderat vtile est sibi confessione cõtinua per quam egrediatur peccati funus ⁊ Quia licet spiritus meus diuinus in seipso immutabilis sit tamẽ a corde illo se citius subtrahit quod humilitatis cõfessio non custodit Xpũs loquitur sponse dicens ꝙ homies qui delectant in carnalibus et terrenis delicijs desideria celestia et caritatẽ et memoriã passionis eꝰ et eterni iudicij negligentes Istorũ oratio est quasi sonus collisorum lapiduꝫ et proijcientur a cõspectu dei abhominabiliter tanꝙ abortiuus ⁊ immũdus pãnus menstruate Reuelatio Octaua in libro questionum.

Ille cantabat Eripe me domie a viro iniquo Hec vox est in auribus meis quasi sonꝰ duorum lapidum collisorũ Eius quippe cor quasi cuꝫ tribus vocibus clamat ad me ¶ Prima dicit Ego volo hãe volũtatem meã in manu mea domine et surgere et loqui placentia ¶ Babo nature qõ appetit pecuniã desidero in bursa molliciem vestiũ in caso cuꝫ hec et alia habuero reputo feliciora ista oibꝰ aliꝫs donis ⁊ virtutibus spiritualibus anime ¶ Secũda vox eius est ista Adoro non est nimis dura iudiciũ non est ita seuꝫ vt scribitur minanꝫ duriora ꝓpter cautelam danꝫ minora ꝓpter misericordiã Ideo si habuero voluntatẽ meam in ꝓsenti anima transeat in futuro sicut põt ¶ Tercia vox est ista Deus non redemisset homieꝫ nisi dare vellet ei celestia nec fuisset passus nisi reducere vellet nos in patriam ⁊ Aut quare passus est aut quis compulit eum pati Nempe celestia nõ intelligo nisi ex auditu ⁊ vtrũ credendum sit scripturis nescio tñ si habere possem voluntatem meã hoc reciperem pro celesti regno ⁊ Ecce talis est eius voluntas Ideo quasi sonus lapidũ est vox eius in auribus meis. B Sed O amice respondeo tibi ad vocem ꝓmã Tua tua nõ tendit ad celum nec passio caritatis mee sapit tibi ⁊ Ideo apertꝰ est

est tibi infernꝰ·et qꝛ diligis infima ꝛ terrena·ideo vadis ad inferiora ¶ Ad secūdam vocē respondeo tibi fili mors erit tibi dura·iudiciū intolerabile·fuga impossibilis nisi te ementes ¶ Ad terciaꝫ vocē dico tibi frater oia opera mea ex caritate feci·vt tu esses michi similis·et auersus redires ad me, ꝛ Nunc aūt opa mea sunt mortua in te·verba mea onerosa·et via mea neglecta Ideo restat tibi suppliciū ꝛ societas dēmonū·quia vertis ad me dorsuꝫ.calcas sub pedibꝰ tuis signa hūilitatis mee·ꝛ nō attendis qualis in cruce steti añ te ꝛ ꝓ te Ego quippe tripliciter steti pro te ¶ Primo sicut homo cuius oculū cultellus penetraret ¶ Secundo sicut homo cuius coꝛ gladio perforaret ¶ Tercio sicut homo cuius omia membra pre dolore instātis tribulationis contremiscerēt· Passio quippe mea·amarioꝛ michi erat q̄ punctura oculo·Attamen eā ex caritate patiebar, ꝛ Doloꝛ quoq; matris mee plus mouit meum coꝛ q̄ propꝛius, ꝛ Attamen euꝫ sustinebā ¶ Omnia etiā interiora mea et exteriora·diu ex instāti passione ꝛ dolore tremuerunt, ꝛ Non tamē dimisi nec recessi Sic igit̄ steti ante te Sed tu omnia obliuisceris ꝛ negligis ꝛ contēpnis· Ideo sicut abortiuū ꝛ pannus menstruate proijcieris ¶ Interrogatio·xiij

¶ Questio prima·

ITem apparuit in gradu suo religiosus q̄ prius dicēs O iuꝛ quero a te Cur ab alijs citius subtrahitur gratia tua· Et alij diu tolerant̄ in malicia sua ¶ Questio secūda, ꝛ Item Cur alijs in iuuentute tribuitur gratia Alij in senectute priuant̄ ea, ꝛ ¶ Questio tercia Item Cur alij tribuantur vltra modū Alij sunt quasi securi a tribulatione · ¶ Questio quarta, ꝛ Item Cur alijs intelligentia et ingenium datur incomparabiliter vcile Alij sunt sicut asini sine intellectu · ¶ Questio quinta, ꝛ Item Cur aliqui nimis indurantur Alij cōsolatione mirabili gratulantur · ¶ Questio sexta Item Cur malis datur maioꝛ prosperitas in mūdo q̄ bonis·Questio septima· Item Cur vnus vocat̄ in pncipio·Alius circa finē

Responsio questionis prime·

REspondit iuꝛ Amice omnia opera mea ab initio sūt in prescientia mea·et omnia quecunq; facta sunt·ad solaciū hominis creata sunt, ꝛ Verū quia homo pfert voluntatē priam voluntati mee· Ideo ex iusticia auferūtur ei bona sibi data gratuite·vt sciat homo omnia rationabilia et iusta apud deum·ꝛ quia multi ingrati sunt gratie mee·ꝛ tanto indeuotiores fiunt·quo plus multiplicātur eis dona· ꝓpterea auferunt̄ ab illis citius dona· vt consiliū deitatis mee manifestetur celerius·ꝛ ne homo in maius iudiciū suū·gratia mea abutatur· ¶ Item Cur in malicia aliqui diu tolerant̄ Ratio est· quia multi inter mala sua·habent aliquid tolerabile Nam aut proficiunt alijs· aut cautela sunt alijs· ¶ Sicut saul cuꝫ argueretur a samuele·modicuꝫ vidēbatur in cōspectu hominuꝫ peccasse. Sed dauid plus Attamen instante probatione Saul inobediens recessit a me deo suo· et consuluit phitonissam David vero in temptatione factus est fidelioꝛ·sustinens patienter illata·et reputans accidentia sibi pro peccatis suis·In hoc igit̄ q̄ ego patienter sustinui saulem· demonstratur ingratitudo saulis·ꝛ patientia deitatis mee q̄ vero david electus est·ostendit̄ prescientia mea· et humilitas futura david et contricio eius· ¶ Responsio questionis secūde, ꝛ Item Cur aliquibus gratia aufertur in senectute Respondeo Omnibus datur gratia ad hoc·vt ab omnibus diligatur datoꝛ gratie, ꝛ Ergo quia multi sunt circa finem ingrati mee gratie diuine·sicut salomon·Ideo iustuꝫ est vt auferatur in fine·quod non custodiebatur sollicite ante finez· ¶ Nam dona

et diuina gratia mea·auferetur quãdoq; propter negligentiam accipientis· quia nõ attendit qualia accepit· ⁊ que reddere ret⁊ ¶ Quãdoq; ꝓpter cautelam aliorum· vt vnusquisq; stans in gratia·semp metuat· et ne casũ aliorũ timeat ¶ Quia etiaz sapientes ceciderũt ex negligẽtia· ⁊ etiã qui amici mei vidébantur·p ingratitudinem sunt supplãtati⁊ ¶ Responsio questionis tercie· Item Cur aliquibus maior est tribulatio· ℍ Respõdeo Ego sum omniũ conditor Ideo nulla tribulatio venit sine permissione mea·sicut scriptum est·Ego sum deus creans malum. id est ꝓmittens tribulationez·quia nec tribulatio accidit gentilibus sine me·⁊ sine rationabili causa Vaz prophete mei etiam predixerunt multa de aduersitatibus gentilium. vt erudirentur flagellis negligentes ⁊ abutentes ratione· et vt ego deus omia permittens cognitus essem·⁊ glorificarer ab omni natione Si igitur ego deus nõ parco paganis a flagellis·minus parcam hijs qui copiosi· de dulcedine diuine gratie mee gustauerunt¶Quod ergo tribulatio alijs est minor alijs maior·hoc ideo est. vt homines auertantur a peccato·et vt tribulati in presenti·consolationẽ obtineant in futuro ¶Quia omẽs qui iudicantur·⁊ qui se ipsos iudicant in hoc seculo·non veniẽt in futurum iudiciũ Sicut scriptum est· transibũt de morte in vitã ℬ Q; etiã aliq; supportantur a flagello·hoc ideo est ne flagellati murmurãdo incurrant iudiciuz grauius·quia multi sunt·qui nõ merentur in pñti flagellari⁊ ¶ Quidã etiã sunt qui in hac vita nec corpali nec spirituali molestia grauãtur·qui ita securi sunt· quasi deus non sit·aut quasi propter iusticie opera eorũ. deus parcit eis· quibus ⁊ formidandum vehementer est et volendũ·ne ego deus parcẽs eis in presenti·improuisus adueniam·et non compunctos durus damnẽ⁊ ¶ Quidã etiã sunt qui habentes sanitatem carnis tribulantur in anima·de contemptu dei. ¶ Alij vero nec gaudent sanitate corpons·nec consolatione interna anim· et tamen stant pro posse suo· in seruitio et honore meo ¶ Quidaz etiam ab vtero matris vsq; ad finem·affliguntur infirmitatibus·quorũ oim tribulationes ita moderor ego eorũ deus·vt michil fiat sine causa ⁊ remuneratione·quia multorum oculi aperiuntur in tribulatione·q̃ ante temptationes vomitabant· ¶ Respõsio questionis quarte⁊ Item Cur aliqui habent maiorem intelligentiam Respondeo ℍ Michil prodest anime ad eternam salutez·qnãta quis abundauerit sapientia· msi et fulgeat bona vita· ymo vtilius est habere minorẽ scientiã· et meliorem vitam· propterea vnicuiq; moderata est ratio· per quã si pie vixerit·obtinere potest celum· ¶ Verum tamẽ ratio in multis est dissimilis· iuxta naturalem ⁊ spiritualem dispositionem Nam sicut homo per diuinũ feruorem· et virtutes proficit in virtutum perfectionem⁊ Sic et per voluntatẽ malã· et nature malam dispositionem· et pravam educationẽ·hõ defluit i vanitates· Multociensq; natura patitur defectũ· quãdo contra naturã conatur ⁊ peccat ℬ ¶ Ergo nõ sine causa est·q; ratio in aliquibus est magna licet inutilis· sicut in illis qui scientiam habent· sed nõ vitam In alijs vero est minor scientia·sed melior vsus⁊ In quibusdam vero concordant·et ratio ⁊ vita·sed econtra in alijs· nec ratio nec vita· ¶ Hec igitur varietas prouenit quandoq; ex ordinata mea diuina ꝓmissione·aut ad vtilitatem hoim aut ad humiliationẽ eorũ·et eruditionẽ quandoq; propter ingratitudinẽ ⁊ temptationem·quandoq; ꝓpter nature defectum ⁊ latentia peccata·prouenit etiam quãdoq; propter occasionẽ vitandam maioris peccati·et quia natura non est aptior ad maiora ꝓcipienda·Omnis ergo qui gratiã intellectus habet· timeat

ne grauius si negligens fuerit inde iudi
cetur· ℭ Ille vero qui non habet
intellectum et ingenium gaudeat et de
modico quod habet quantū potest ope
retur·quia a multis occasionibus pecca
ti est liberatus ℭ Nam petrus aposto
lus in iuuentute obliuiosus erat·Johā-
nes ydiota ·qui in senectute apprehen-
derunt veram sapientiā·quia principiuz
sapientie quesierunt ℭ Salomon vero
iuuenis erat mollis· et Aristoteles sub
tilis· qui non apprehenderūt initium sa-
pientie·quia nec glorificauerūt scientie
datorē·vt debuerunt·nec imitati sunt·
q̄ sciuerūt ⁊ uoluerunt·nec sibi sed alijs
dicerunt· ℭ Sed ⁊ Balaam habuit
scientiam·quā non imitatus est·ideo asi
na corripuit eius insipientiaz·⁊ Daniel
iuuenis iudicabat seniores· ℭ Quia lit
teratura·non placet michi sine vita bo
na·ideo necesse est·vt qui abutunt rōne
corrigantur·quia ego omnū deus et d
minus·do scientiam hominibus· et ego
corrigo sapientes·et insipientes· ℭ Re-
sponsio questionis quite⁊ Item Cur ali
qui indurantur· A Respondeo q̄
Pharao indouratus erat·culpa sua erat
non mea·quia noluit conformare se di-
uine voluntati mee Nam induratio ni-
chil aliud est· nisi subtractio mee gratie
diuine·que ideo subtrahitur·quia homo
illud non tribuit michi deo quod habet
liberum·scilicet gratiam voluntatē⁊ Si
cut per exemplum intelligere poteris⁊
ℭ Nota exemplū de agro fructuoso et
infructuoso⁊ Homo erat possidens du-
os agros·quorū alter incultus manens
alter certis temp⁹ fructificabat⁊ Cui
dixit amicus suus Miror inquit cum sis
sapiens ⁊ diues·cur agros tuos non ex
colis diligētius·aut cur nō tradis alijs
excolendos Respōdit ille Alter agro
rum·quantamcūq̄ diligentiam exhibue
ro·michil producit nisi herbas pessimas
quas bestie nocue occupant· et deturp-
pant locuz·cui si adhibuero pinguedinē
tantum lasciuiendo insolescit· q̄ etiam si
modicū frumenti produxerit·plures as-
cendunt zizanie quas uix ignor collige-
re·quia frumentū non uidero nisi purū
Ergo consultius est agruz talem dimit
tere incultum·quia tunc bestie non oc-
cupant locuz·nec bestie occultant se in
herbis·⁊ si alique herbe amare pullulāt
Utile est pro omnibus·quia gustatis illis
discunt suauia non fastidire B Al
ter vero ager scōm temperiem tempm
dispositus est cui⁹ quedā pars est petro
sa·et indiget pinguedine·alia humida in
digens calore·alia sicca indigens humo
re·Ideo scōm qualitatē agri opus meū
volo temperare· ℭ Ego itaq̄ deus simi
lis sum homini isti ℭ Primus autē ager
est libera motio voluntatis·data homi-
ni·quā magis mouet cōtra me·q̄ p me
et si aliqua placita michi fecerit·in pluri
bus tamen prouocat me· quia voluntas
hominis et mea non cōcordant⁊ Sic et
Pharao fecit·qui cū ex certis signis co
gnoscere potentiam meaz·michilomin⁹
firmauit mentem suā contra me· stando
in malicia sua·Ideo expertus est iustici-
am meam·quia qui nō bene utitur mini-
mis·iustum est vt maximis nō glorietur
ℭ Alter vero ager est obedientia bo-
ne mentis·et abiectio voluntatis p̄prie
talis mens si est arida in deuotione·ex-
pectare debet pluuiam mee gratie diui-
ne Si est petrosa per impatientiā et ob
durationem·equanimiter sustineat·pur
gationē ⁊ correctionem Si est humida
per carnis lasciuiam·amplectatur absti
nentiā·et sit sicut animal paratū ad vo-
luntatem possessoris·quia de tali mente
ego deus multum glorior· Q Ergo
q̄ aliqui indurantur· hoc facit uolūtas
hominis michi contraria·quia licet ego
omēs volo esse saluos.tamen non perfi
citur nisi homo p̄sonaliter cooperatus
fuerit·cōformando omnem voluntatem
suam voluntati mee ℭ Qz vero nō om-
nibus datur equalis processus ⁊ gratia

hoc est occultum iudicium meū·qui scio et modero·vnicuiq; quod ei expedit et debetur.qui et restringo conatum hominis.ne profundius cadat; Nam multi habent talentum gratie· qui operari sufficerēt sed renuunt· ¶ Alij abstinēt a peccato timore supplicij·et quia facultatem peccandi non habent·vel q; peccatum non delectat eos·ideo aliquibus non tribuuntur dona maiora· quia ego qui noui solus mentes hominū·scio distribuere dona mea· ¶ Responsio questionis sexte; Item Cur mali plus quā bonj prosperantur in mundo q̄ boni Respondeo Hoc est iudicium magne patiē tie et caritatis mee·et probatio iustorū· Nam si solis amicis meis darem temporalia bona·desperarent mali et superbirent boni·sed ideo dant omnibus bona temporalia·vt ego deus omnium dator. et creator·diligar ab omnibus·et vt cū boni superbiunt·per malos erudiantur ad iusticiam Intelligant etiam omnes· q̄ temporalia nō sunt diligenda·nec mihi deo preponenda· sed habēda ad solā sustentationem· et sint ad seruicium meum tanto feruentiores·quo minus in tēporalibus inueniunt aliqmō stabilitatis ¶ Responsio questionis septime·Item Cur vnus vocat in principio·alter circa finem·Respondeo Ego sum quasi mater·que videns in filijs spem vite·alijs dat fortiora alijs leuiora Hijs vero de q̄bus non est spes etiam compatitur; facit quantumcunq; potest·Sed si filij ex medicamēto matris fiunt deteriores q̄ necesse est tunc laborare Sic ego facio homini·cuius voluntas p̄uidetur feruētior·et humilitas et stabilitas constantior·huic accedit gratia in principio· et subsequit in fine· ¶ Qui vo inter mala sua etiā conat; et afficit·vt melior fiat hic meret vocari circa finē·¶ Qui vo ingtus ē·nō meret admitti ad vbera mris·

Xpūs loquens sponse

sue Birgitte ostendit ei Qualiter de domo mundi et viciorū est iam erepta·; q̄ iam ducta est ad habitandum in mansione spiritussancti·et ideo monet eā q̄ cōformet se cum eodem spiritu perseueranda semper munda humilis et deuota· ¶ Reuelatio Mona·

Hijus loquitur ad sponsa;Tu es illa que i paupere domo nutrita·in societatem magnorū venisti ¶ Quippe in domo paupere tria sunt scilicet parietes maculosi· fumus nocuus·et fuligo replēs ¶ Sed tu es ducta in domum vbi pulcritudo est sine macula Calor sine fumo Suauitas sine fastidio replens ¶ Domus vero pauper est mūdus Cuius parietes sunt superbia Oblīuio dei Abundātia peccati Inconsideratio futurorum Hij parietes maculant·quia bona opera admichilant·; abscondunt ab homine faciez dei ¶ Fumus vero amor est mundi· hic nocet oculis· quia intellectum anime obfuscant·; facit eam in superuacuis sollicitari ¶ Fuligo vero voluptas est·quia; si ad tempus delectat·nunq̄ tamen satiat nec replet bonitate eterna· ¶ Ab hijs igitur tu es abstracta·et ducta es in mansionē spiritussancti·qui est in me; ego in eo· qui et concludit te in se·ipe quippe mundissimus est et formosissimus·stabilissimus q̄·quia omia sustentat·Ergo conforma te habitatori domus·manēdo munda humilis et deuota· ¶ Interrogatio·xiij· Questio prima;

Item apparuit religiosus ille qui prius in gradu suo dicēs· O inter quero a te Cur anima patiuntur incōmoda·cum non habebunt eternam vitā nec vtuntur ratōne ¶ Questio secunda; Item Cur nascūtur omia cum dolore cū in omniū nativitate non sit peccatū· ¶ Questio tercia· Item Cur infans portat peccatum patris·cū non nouit peccare· ¶ Questio quarta·Item Cur hoc cōtingit frequē

tius·quod non previdetur· ¶ Questio quita·Item Cur morit malus bona mor te sicut iustus·et iustus quandoq; mala morte sicut iniustus· Responsio questio nis prime·

REspondit iuxt Amice licet inquisitio tua nō sit ex caritate· tamen respon deo tibi ad aliox caritatē Queris Cur animalia patiūtur infirmitates Hoc ideo est·q; in eis sicut in ceteris omia sunt in ordinata; Nam ego sum omniū naturarum cōditor·et dedi vnicuiq; nature tē peramentū suum ⁊ ordinem·in quo vnū quodq; moueret et viueret· ¶ Verum postq; homo propter quem omnia facta sunt dilectoi suo·id est michi deo suo se opposuit·ceperūt et omnia alia inordinationem suaz suscipere·⁊ omia quecunq; ei reuereri deberent· ceperunt se ei opponere et aduersari· propterea ex hui⁹ inordinationis vicio·sicut homini sic et animalibus plurima cōtingunt molesta et aduersa B Ceterū animalia etiā quandoq; patiunt ꝓpter intemperantiā nature sue Quādoq; propter mitigationem feritatis sue·et purgationem ipius nature Quādoq; ꝓpter peccata hominum·vt cū illa plagantur et subtrahuntur que diligit homo·attēdat ipe homo quāta pena dign⁹ sit· qui maiore vtitur ratione· ¶ Etenim nisi exigerēt peccata hoim·non ita singulariter animalia que ad manū hominis sunt affligerētur sed nec ipa sine magna iusticia patiūtur Nam aut erit eis ad celeriorē vite finē· Aut ad minorē miserie laborē·et nature fortis consumptionē Aut propter mutationem temporū·Aut ex incuria homis labore proueniente ¶ Timeat ergo homo pre ceteris me deum suum· et tanto mitior sit circa creaturas meas et animalia·quibus et propter me earū creatorē misereri debet· ¶ Ideo cm̄ ego deus p̄cepi homi de sabbato·quia cura est michi de omni creatura mea· ¶ Responsio questionis secunde· ¶ Item Cur omnia nascunt cū dolore Respondeo Homo quādo contempsit delectationē pulcerrimā statim incurrit vitam laboriosam·⁊ quia inordinatio cepit in homine et per hominē Justicia mea est·vt etiaz alijs creaturis que sunt propter hominē aliqua amaritudo sit propter temperamentum delectamēti sui· et fomentum nutrimenti sui· ¶ Ergo nascitur homo cū dolore et progreditur cum labore·vt ad quietem verā festinare studeat· moritur vero nudus et pauper· vt refrenet inordinatū motū suum·et timeat futurā discussionem Animalia etiā ideo pariunt cum dolore·vt excessum tempet amaritudo·et participia sint hominis in labore ⁊ dolore Propterea homo quāto nobilior est animalibus· tanto feruentius diligat me dominm̄ cū creatorem suuz; ¶ Responsio questionis tercie·Itē cur puer portat peccata patris Respondeo Omne quod de immūdo procedit nunquid poterit esse mundū· Itaq; primus homo quādo illam pulcritudinem innocentie ꝓpter inobedientiam amisit eiectus est a paradiso gaudij ⁊ involut⁹ est in immūdis Ad hanc ergo innocentiaz recuperandā·nullus ex seipso inuentus est sufficiens Ideo ego misericors deus in carnez veniēs·instituit baptismū·quo puer liberatur a prava immūdicia· et a peccato Et propter hoc filius non portabit pctm̄ patris·sed vnusquisq; in peccato suo morieť· ¶ Veruntamē multociens cōtingit·q; filij imitantur peccata pntum·ideo et quādoq; puniunť peccata patrum in filijs·non quia peccata patrum in ipis impunita erunt· licet pene peccatorū transferanť ad tempus Sed vnusquisq; in peccato suo morieť·et punietur· ¶ Quandoq; etiaz peccata patrū sicut scriptū est·visitanť in q̄rtam generationem·q; diuina iusticicia mea est vt cū filij nec pro se nec ꝓ patribus studeant mitigare iram meā·puniant cum

patribus· quos contra me secuti sunt ꝛ
¶ Responsio questionis quarte ꝛ Item Cur hoc quod nō preuidetur prouenit frequentius Respondeo Scriptum est ꝙ per ea q̄ peccat homo puniet ꝛ Et ꝗs intelligere poterit consiliū dei· ꝓterea q̄ multi querūt me·ſz nō scōm scientiaz sed propter mundum Alij plus iusto timent Alij numis presumunt Alij in consilijs suis superbiūt Ideo ego deus qui omniū operor salutem· facio quandoq̄ illud prouenire·quod homo plus timet Quādoq̄ aufertur illud quod plus iusto diligitur Quandoq̄ qō sollicitius p̄ uitetur et desideratur elongatur·vt homo pre omnibus semper me ꝋ̄ suuz timeat·diligat et agnoscat· ¶ Responsio questionis quinte Item Cur homo malus morit bona morte sicut iustus ℍ
¶ Respondeo Mali habent quandoq̄ quedam bona·et faciunt quedā iusticie opera·pro quibus in presenti remunerādi sunt·Similiter et iusti aliquando faciunt quedā mala·pro quibus in presenti flagellandi sunt·aut expectandi Ideo quia in p̄nti omnia incerta sunt· et omia reseruantur in futurū Et quia vnus est omniū introitus Ideo et vnus exitus omniū debet esse·quia nō exitus·sed vita beatum facit hominē· Ueruntamen ꝙ malis aduenit exitus sicut iustis· hoc est ex diuina iusticia mea·quia illum exitum ipi desiderabant· ¶ Mā dyabolus prenidens suorū amicoz exitus prenunciat eis quandoq̄ mortis tempa·ad presumptionem eorum et vanā gloriam et deceptionem·sicut in illis libris qui apocrifi intitulantur inuenit· vt post mortem quasi iusti laudentur· B Et econtra iustis prouenit Quandoq̄ flebilis exitus·ad eorum maius meritum· vt qui semper in vita sua in virtutibus sollicti fuerunt ꝑ mortem contemptibilem liberi euolarent ad celū·quatinus nec ipa pipsimata mūdāda inuenirentur· ¶ Sicut enī scriptū est· ꝙ leo occidit prophetam inobedientem· ꝛ nō comedit ex cadauere·sed custodiuit illō Quod enī leo occidit corpus·quid aliud innuitur nisi permissio mea diuina ꝛ vt inobedientia prophete puniret· Qō vero leo nō comedit ꝋ cadauere, ostensio bonorū operum prophete fuit vt purgatus in p̄nti·in futuro iustus inueniret
¶ Propterea timeat vnusquisq̄ discutere iudicia mea·quia sicut incōprehensibilis ego sum virtute et potentia Sic terribilis sum in cōsilijs ꝛ iudicijs meis me etenim volētes quidā comprehendere in sapientia sua·exciderunt a spe sua·

Xp̄us loquens sponse

Monet eam ꝙ non turbet·si aliquādo ꝟba sua diuina in reuelationibus ei dicta inueniantur aliquando obscura aliquando dubia et aliquando incerta·q̄ hoc fit ex certis causis hic assignatis· et occulta iusticia diuina Consulit tamen ꝙ cum patientia et timore et perseuerātia humilitatis semper expetent euentꝰ et promissiones verborū eius·ne ꝓpter ingratitudinem reuocetur gratia promissa·dicit etiam ꝙ multa corporaliter dicta sunt que nō corporaliter sed spiritualiter p̄ficientur·

¶ Reuelatio decima·

Elius loquit ad sponsaz ℍ Moli turbari·si loquor vnum verbū obscurius aliud expressius Aut si aliquem dico nunc seruū meū vel filium et amicum·et iterū inuenitur contrarium·quia verba mea diuersimode interpretari possunt Sicut dixi tibi de vno·ꝙ manus eius fieret mors eius· Et de alio ꝙ non accederet ad mensaz meam amplius· ¶ Hec ideo dicuntur· quia aut dicturus sum tibi cur dixi· Aut videbis opere finē veritatis· sicut patet in istis duobus· ¶ Etiam quādoq̄ dico aliqua obscure· vt et timeas et gaudeas· timeas ne alio modo euemāt propter patientiam meā diuinaz·qui no

ui mutationes cordium ¶ Gaudeas etiã quia voluntas mea semper adimpletur B Sicut etiam in veteri lege multa dixi·que magis spiritualiť q̃ corporaliter intelligi debebant ¶ Sicut ꝛ templo et Dauid et iherusalez·vt homines carnales spiritualia addiscerent ꝛsiderare ¶ Nam ad probandum fixi constantiã et amicorum meorum sollicitudinẽ·multa dixi et promisi·que scõm diuersos spiritus mei effectus·diuersimode a bõis ꝛ malis itelligi possent Et vt in diuersis statibus singuli habeant·vnde exercitari et probari possint· et a me erudiri ¶ Quod vero obscure aliqua dicta sũt ex iusticia mea est·vt consiliũ meum absconderetur· Et vnusquisq; patiẽter expectaret gratiã meam Ne forte si consilium meum semper certo tempore insinuaretur·omnes in expectando tepescerent· ¶ Multa etiam promisi·que propter hominũ ingratitudinem subtracta sunt· ¶ Et multa corporaliter dicta sũt que spiritualiter perficiẽt·sicut ꝛ iherusalem et de syon· quia iudei sunt sicut scriptum est· Lecus populus domini et surdus· ¶ Interrogatio quitadecima·

Questio prima·

ITem ille religiosus qui supra apparuit· stans in gradu suo ꝛ dicens·O iudex quero a te Cur multa creata sunt· que nullius videntur vtilitatis· ¶ Questio secunda ¶ Item Cur anime manẽtes in corpe vel de corpe egredientes·cõmuniter nõ videntur· ¶ Questio tercia ¶ Item Cur amici tui rogantes non semper exaudiuntur· ¶ Questio quarta ¶ Item Cur multi volẽtes facere male nõ pmittunť ¶ Questio quita ¶ Item Cur q̃busdam nõ merẽtib⁹ mala adueniũt ¶ Questio sexta ¶ Item Cur hũ qui spiritum dei habent peccant· ¶ Questio septima ¶ Itẽ Cur quibusdam dyabolus adheret· et semper est presens alĳs nunq̃ ¶ Respõsio questionis prime·

REspondit iudex A Amice sicut opa mea multa sunt sic et mirabilia ꝛ incõprehẽsibilia Et si multa sunt nulla tamen sine causa· ¶ Homo quippe similis puero ẽ nutrito in carcere et tenebris· cui si diceret·q̃ lux ꝛ stelle sunt non crederet· quia nunq̃ vidit ¶ Similiter homo post q̃ deseruit lucem veram·nõ delectať nisi in tenebris.iuxta verbũ vulgare Qui assuescit malo·videtur ei dulce esse malu ¶ Igitur q̃nis intellectus hominis obscuratus sit in me· tamen non est aliqua obumbratio·nec transmutatio·qui omnia ita tempate ꝛ honeste et sapienter· disposui·q̃ nichil sine causa· et vtilitate factum est Imo nec mons altissimus·nec heremus nec lacus sed nec bestie nec reptilia etiam venenosa ¶ Sz sicut hoim ita et creaturarum omniũ ꝓ uideo vtilitati·Ego sum similis homini· qui alia loca habet ad spaciandũ ¶ Alia ad vtensiliũ custodiam Alia pro animalibus mitibus ꝛ immitibus Alia ad munitiones et misteria consilĳ sui Alia ꝓpter terre dispositionem·sic congruentem ¶ Alia ad hominũ correptionẽ B ¶ Sic ego deus omnia ordinaui rationabiliter·Alia propter hominis vtilitatem et delectationem·Quedam ꝓpter ferarum et auium diuerticula·Quedã propter exercitationẽ et cupiditatis humane refrenantiam Alia propter elemẽtorum cõuenientiam· Quedaz propter operum meorum admirationẽ Quedaz ꝓpter peccatoz punitionẽ·ꝛ superiorũ et inferiorũ conuenientiam ¶ Alia ꝓpter causaz michi soli cognitam ꝛ reseruatam Ecce eñ apis brevis et parvula ad cõficiendũ mel·multa scit de multis elicere Sicut ꝛ cetere minute ꝛ magne creature·que vincunt hominem in solertia et discretione herbarũ·et consideratione vtilitatis sue·et multa sunt illis proficua·que nociua sunt homini ¶ Quid ergo mirum·si sensus hominis infirm⁹ est

ad discernendum et intelligendum mirabilia mea·cū etiam vincatur· a minimis creaturis· ¶ Ecce quid deformius rana et serpente· q̄d contemptibilius lappa et vrtica et similibus.et tamē illa valde bona sunt·scientibus discernere opera mea ℭ Et ita quecūque sunt ad aliquid vtilitatis sunt· et vnumq̄que quod moueť· scit quomodo natura sua subsistere poterit·et roborari ¶ Ergo quia omnia opera mea mirabilia sunt·ꝛ omnia laudant me·ideo homo quanto pulcrior et prelatus est ceteris· tāto pre ceteris obligationem se sciat ad honorē meum· ¶ Alioquin nisi impetus aquarum aliquibus terminis montiū coartaretur·vbi esset homini tuta habitatio· ¶ Et nisi esset bestijs refugium·quomodo effugerent cupiditatem insatiabilez hominū· ¶ Et si homini essent omnia ad votum nunq̄d tunc requireret celestia Si vero bestie· nec laborarent nec timerent·dissoluerentur et infirmarenť Ideo plurima opera mea sunt in absco dito·vt ego deus mirabilis ꝛ incomprehensibilis sim cognitus et honoratus ab hominib⁹·ex admiratione sapientie mee in creatione tantarū creaturaz mearū· ¶ Responsio questionis secunde Item Cur anime non videnť ab homine· Responsio Anima longe melioris nature ē q̄ corpus· quia ex virtute deitatis mee est et immortalis· Participationem habens cum angelis· Prestantior omnibus planetis Nobiliorq̄ toto mundo Ergo quia animna obilissime et ignite nature est·tribuens corpori vinificationez ꝛ calorē· et quia spiritualis est·ideo a corporalibus· nisi per corporales similitudies videri nullatenus potest· ¶ Responsio questionis tercie, Item Cur amici mei rogātes me in orōnibus suis·nō semper exaudiunť a me A Respondeo ego sum quasi mater·que videns filium rogātem contra salutem suam·differt petitionem eius exaudire·compescēs fletuz eius cū indignatione quadā· que quidez indignatio non est ira·sed misericordia magna Sic ego deus non semp audio amicos meos·q̄ melius video ego que sunt eis vtiliora ad salutē q̄ ipsimet vidēt·Nūquid non paulus et alij efficaciter orauerūt·et tamen non auditi sunt, Sed quare·quia ipi amici mei inter virtutuz abundantiā quedā hñt infirma et purgāda· ꝛ ideo nō audiunť·Et tanto sint hūiliores et ad me feruētiores· quo in temptationib⁹ peccati·maiori caritate a me illesi defendunť et conseruantur B Ergo indiciuz magne dilectionis est·vt amici mei non semper exaudianť in orationibus suis·propter maius meritum·et ad probandā eorum constantiam, Quia sicut dyabolus conať·si posset viciare vitam iusti per peccatū aliq̄s aut per mortem cōtemptibilez·vt sic cōstantia fidelium tepesceret·sic ego pmitto non sine causa probari iustuz· vt eius stabilitas alijs innotescat·et ipe sublimius coroneť· ¶ Et sicut dyabolus non erubescit temptare suos·quia videt eos promptissimos ad peccandum Sic ego nō parco ad tempus electis meis·quia video eos paratos ad omne bonum ꝛ ¶ Responsio questionis quarte, Item Cur aliqui volentes facere mala· non permittunť·Respondeo Quicūq̄ hz duos filios·aliū obedientē·alium inobedientem·pater resistit inobediēti quantuz valet·ne excedat in malicia, Obedientem vero ꝓbat excitās ad maiora· quatin⁹ eius agilitate·etiam filius inobediens inciteť ad meliora Sic ego multotiēs nō pmitto peccare malos· q̄ inter mala sua aliq̄ bona faciunt· quib⁹ proficiunt vel sibiipsis vel alijs Ideo iusticia exigit·vt nō statim tradāť dyabolo. nec habeant effectuz erplendi velle suū sp, ¶ Responsio questionis quinte, Item Cur alijs nō merentibus aduenūt mala Respondeo Omnis quicunq̄ bonus est·michi soli deo cognit⁹ est·ꝛ q̄d mere

tur· Quia multa videntur pulcra que non sunt Et aurum probat ignis Justꝰ vero ideo quãdoq; tribulatur· vt alijs sit in exemplum·ꝛ sibiipsi in coronã Sic et iob probatus est·qui ante flagella bonus erat· sed in flagellis et post magis fuit notus hominibus Et tamẽ cur ego eus flagallaui.quis discutere velit vl̃ scire poterit·nisi egoipse ·qui eũ p̃ueni benedictionibus meis·ꝛ cõseruaui ne peccaret·et tenui in tẽptationibus· et sicut sine meritis suis preueni eũ gratia mea · sic et cum iusticia ꝛ misericordia probaui eũ·qua nullus iustificabitur in cõspectu meo·nisi per gratiam meam· ¶ Responsio questionis sexte; Item Cur hij qui spirituꝫ meũ habent peccant Respõdeo Spiritus ẽitatis mee non est alligatus·sed vbi vult spirat·ꝛ quãdo vult recedit·nec habitat in vase subdito peccatis·sed in eo q̃ caritatẽ hꝫ Quia ego ẽus caritas suꝫ·ꝛ vbi ego sũ libertas ẽ ¶ Ergo q̃ accipit spm̃ meũ·peccare potest si vult·qꝛ omis hõ habꝫ liberũ arbitriũ Itaq; quãdo hõ mouet voluntatez suam contra me·spũs meus qui est in eo recedit ab eo Aut ipe homo corripitur vt corrigat volũtatem suã· ¶ Sic balaam voluit maledicere populo meo·sed nõ permisi eũ ego Quãuis em̃ propheta malus et cupidus erat·tamen loquebatur quiq; bona non a se·sed a spũ meo; Nam multotiens bonis et malis datur vnum spũs mei·Alioquĩ illi magni eloquẽtes·ẽ tam sublimibus non disputassent·nisi habuissent spm̃ meuꝫ·nec ita fatue contra me deliraſſent·nisi cõtra me sensissent·ꝛ se ad superbiã inclinassent· volẽtes scire plura q̃ debuissent ¶ Responsio questionis septime; Item Cur dyabolus magis est presens·et adheret aliquibus Respõdeo Dyabolus est quasi lictor ꝛ probator iustorum; Ideo permissione mea vexat quorundã animas· Aliorum obumbrat conscientias Onorundam etiam vexat corpora· ¶ Eorũ autem vexat animas·qui contra rationem peccantes·omni se subdũt immundicie et infidelitati· ¶ Illorũ vero turbat conscientias et corpora·qui p̃pt̃ peccata aliqua in presenti purgañt·et vexãtur·que quidem vexatio· etiã infantib⁹ promiscui sexus advenit·tam paganis q̃ xp̃ianis.vel propter incuriã parentũ et nature defectũ·vel p̃pter terrorẽ ꝛ hũiliationem alioꝝ·vel propter peccata aliqua iusticia mea sic misericorditer disponente Vt hij quibus auferꝫ occasio peccandi·vel gravius nõ puniañt·vel sublimius coronenꝫ· ¶ Similiter etiã brutis multa talia contingunt· vel propter aliorum punitionẽ·vel p̃pter celeriorez vite finẽ Aut p̃pter intemperantiã nature sue· ¶ Ergo q̃ dyabolus aliqbus adheret·et est vicinor·pmissio mea est· Aut propter maiorẽ humiliationẽ ꝛ cautelam Aut propter maiorem coronã·et sollicitudinem querendi me Aut p̃pter peccata purganda in p̃ti Aut quia exigentibus meritis· quorundam pena inchoatur in p̃ti·duratura sine fine·

Filius dei loquẽs spõse sue beate Birgitte dicit ei quare ꝛ qñ inceperũt ei mĩstrari ab eo ẽba diuinaꝝ reuelationũ in spũali visione; Et dicit ei q̃ verba p̃dicta reuelationũ q̃ in istis libris continentur habent p̃cipaliter istas quatuor virtutes Satiant em̃ spiritualiter sitientem verã caritatem·Calefaciũt frigidꝰ Turbatos letificãt Et ẽbiles anias satiant· ¶ Reuelatio vndecima·in libro questionum·

Filius dei loquit̃ Per naturalia potest fieri saluber potus·scilicet ẽ frigido ferro·ꝛ duro lapide·de arbore arida· et herba amara; Sꝫ quomodꝫ? Certe si calibs caderet supra montem sulphureum fortiter·tunc quidem de calibe exiret ignis qui succenderet montem Et cuius calore·oliua prope posita·licꝫ extra arida

intus tamē plena pinguedine. inciperet fluere intantum. q etiam herba amara sub oliua posita. ex defluenti oliua dulcesceret. et inde posset fieri saluber potus. ¶ Sic ego spūaliter feci tibi. Mā cor tuum erat quasi calibs frigidus ad amorem meū. in quo tamē mouebatur scintilla quedam modica amoris ad me. scilicet quādo cogitasti me dignum amore et honore sup omēs. ¶ Sed istud cor tuū tūc cecidit supra montem sulphureum. quādo gloria ⁊ delectatio mundana aduersabant tibi. et ille maritus tuꝰ quem pre ceteris carnaliter dilexisti. a te moriendo auferebat. ¶ Vere voluptas. et delectatio mundana. bene compant mōti sulphureo. quia tumorē animi Et fetorē concupiscentie. et ardorē pene secū hnt ℟ Cūq tūc in morte eiusdem mariti tui animus tuus graviter turbatione concuteret. tunc scintilla amoris mei que quasi clausa latebat cepit exire Quia conspersa vanitate mūdi. omnē voluntatem tuam michi dimisisti. me super omia desiderando. ¶ Propter istaz itaq scintillam amoris. oliua arida. id ē verba euangeliorum. et conversatio doctorū meorum sapuerunt tibi. et abstinētia placuit tibi intantum. q omnia que prius videbantur amara. ceperūt dulcescere tibi. ¶ Cūq oliua cepisset fluere et verba mea reuelationū in spiritu tibi supuenerūt. quidā stans supra montem clamauit dicens. ¶ Ex isto potu extinguitur sitis. Frigidus calescit Letificat turbatꝰ Conualescit infirmus. ¶ Itaq. egoipe deus tuz q clamo. verba mea que tu in spirituali visione frequenter a me audis. satiant quasi bonꝰ potus sitiētes veram caritatem ⁊ Secūdo calefaciunt frigidos ⁊ Tercio turbatos letificant ⁊ Quarto debiles in anima sanant. ¶ Introgatio sextadecia Questio pma

ITem apparuit religiosus qui supra stans in gradu suo et dicens O iuex quero a te Cur scom dictum euangelij. hedi ponentur ad sinistram. oues ad dexteram tuam. nūquid talibus delectaris. ¶ Questio secunda ⁊ Item Cuz tu sis dei filius coequalis patri. cur scribitur. q nec tu nec angeli sciant horam iudicij. ¶ Questio tercia. Itez Cū spiritussanctus tuus. locutus sit euāgelistis. cur tanta est euangeliorum dissonantia. Questio quarta Item Cum tanta salus sit toti humano generi in incarnatione tua Cur tanto tempore distuliste incarnari. Questio quinta ⁊ Item Cum anima hominis melior sit toto mundo Cur vbiq ⁊ semper nō mittis amicos. et predicatores tuos ¶ Responsio questionis pme.

℟ Espondit iudex Amice nō queris vt scias. sed vt sciat malicia tua. ¶ Beniq in veritate nichil est carnale nec carnaliter effigiatū. quia veritas mea spirituꝰ est. nec mecū simul boni et mali cohabitare possūt. nō magis q̄ lux simꝫ ⁊ tenebre ¶ Sz nec dextera ⁊ sinistra in veritate mea est tanq̄ corporaliter effigiata Sed nec feliciores sunt. qui ad dexteram meā erūt q̄ ad sinistram Sed per similitudinem hec dicta sunt. Quia per dexterā intelligitur sublimitas mee diuine glorie. Per sinistram vero defectus. et priuatio totius boni ⁊ Sed nec oues vel hedi. in illa admirabili gloria mea sunt. vbi nichil corporale et inquinatum. vel transmutabile est Sed in similitudinibus et figuris animalium. multotiens scribuntur mores hoim ⁊ Sicut in oue innocentia. In hedo lasciuia. id est homo incōtinēs significatur. qui ponēdus est ad sinistraz vbi defectus est totius boni. ¶ Ergo scito q ego deus hūanis quandoq vtor verbis et similitudinibus. vt habeat parvulus quod sugat. et perfecti. vt perfectiores fiant. vt impleatur scriptura. q filius virginis. positus est in contradictionem. vt reuelētur ex multis cordibꝰ cogitationes. ¶ Responsio questionis

et omnes visiones et tẽptationes suas, ac eciam alia facienda. humiliter suppo fuerit obediẽtie. examini, et iudicio. p̃ dictorũ. et eciã aliorum seniorum. vt supra dixi. Ideo clare concluditur ex predicta determinatione. illius sancti pãs moysi. et aliorũ patrum sanctorũ: q̃ omna sibi revelata in libris. processerint a spiritu sctõ. et non dyabolico illusore. Et hoc est clarum et manifestum signũ apud omẽs vere spirituales. et doctria generalis omi: ad evacuandũ temptationes et dyabolicas suggestiones et illusiones. ¶ Scõm signum visionis divine in quo non potest anima decipi est. quãdo anima tempe quo videt visiones. sentit se tunc totam repleri et quodammõ dulciter inebriari: et inflammari igne infusionis dulcedinis caritatis divine. et quodã sapore interne dulcedinis amoris dei. Dico enim q̃ istam internã caritatem et dulcedinem amoris divini, quã dyabolus nõ habz, nullomodo potest eam infundere i anima alicuius: qa nullus dat quod non habet. Et ideo cõcluditur. q̃ qui talia operatur in ania: deus est. Presertim si tunc illa anima tota roboratur et repletur illuminatione quadam firme credulitatis, et obedientie et reverentie fidei catholice: et sancte matris ecclesie. Et habetur in quarto libro celesti. lxxviij. capi. cum similibus. ¶ Probatur eciã hoc pulcre. per hugonem de sancto victore. in soliloquio de arra anime. i fine totius tractatus. Ubi anima loquitur ei dicens. Hoc inquit vltimũ interrogatiõis mee suscipias queso. Quod est illud dulce, quod eius recordatione me tangere solet. et tam vehementer atqz suaviter afficere: vt iam tota quodammodo a me metipa alienari. et nescio quo extrahi incipiam subito immutor. Bene esse incipio. vltra quã dicere sufficiam. Exhilaratur conscientia. in oblivionem venit preteritorum malorũ. exultat anim9 clarescit intellectus. cor illuminatur: desideria iocundantur. ꝛc. Cui anime ipse met hugo. sic pulcre rñdens ait. Ecce ille est dilectus tuus qui visitat te. iste deus. ꝛc. Et idem dicit beatus Antonius valde late et pulcre. docendo discipulos suos discernere visiones bonas. ab illusionibus. Et habetur in vitaspatrũ in primo libro. in legenda beati Antonij. ibi. Nunc iam ceteras vobis demonum explicabo fallacias. ꝛc. Et ibi vide plene. Dicit eciam Gregorius i moralibus libro. xxviij. capitulo. ij. q̃ cum deus per semetipm anime loquitur. sola in nobis vis interne inspirationis aperitur: quia virtus eius intima quadam dulcissima sublevatione cognoscit. ꝛc. Et vide hoc clarius in quarto libro celesti. lxxviij. capitulo. Et in septimo li. capitulo quarto. et in capitulis eiusdẽ celestis libri. supra proximo p̃ allegatis: cum multis similibus. Ex quibus pbatur q̃ omnia revelata beate birgitte q̃ in istis libris continentur. non ab illusore terribili. sed a spiritu sancto cõsolatorie suavissimo fuerũt ei ministrata: qõ patet p istas allegatiões supradictas. et per illa consolatoria sentimẽta similia q̃ ipsa sentiebat. tempe quo visiones videbat. z divinas locutiones audiebat: vt patet supra p verba eius que ibi cõtinẽtur. ¶ Terciũ signum est in quo cognoscitur seu discernitur visio divina. ab illusione dyabolica. quãdo scz anima existens in visione. sive corpali sive imaginaria z spũali. sentit influxũ itellectualis supnaturalꝫ lumis. intelligibilꝫ veritatis: et cõprehẽdit tũc significatões veras. illorũ visorũ et verborũ. Et apitur clare tũc intellectus ei9: ac oñditur seu manifestaꝫ ei veritas illius matie. Iste eni influxus itellectualis supnaturalꝫ lumis seu visiõis. sive p̃cedat visio corpalꝫ aut imagiaria sive nõ. nũquã a dyabolo põt infũdi i aia: hz solũ a deo. vt ait Thomas de aqno. in scda sedẽ ti. de pphetia.

q. lxxviij. vbi sic dicit Demones inquit ea que sciunt hominibus manifestant, non quidem p illuminatõem intellect⁹: sed p aliquã ymaginariam visionẽ Aut eciam sensibiliter colloquendo. sed non intellectũ illius illuminando ¶ Et in hoc deficit et differt hec prophetia a vera ¶ Augustinus eciã in libro. xij°. sup gen. ad litteram. sic ait ¶ Illuditur aũt anima et fallitur. in corporali visione. ꝛc ¶ Et postea subdit ¶ In visione autem spirituali seu ymaginaria. idest in corporũ similitudinibus que in spũ videntur fallitur eciam anima: cũ ea que sic videt. ipsa corpa esse arbitratur. ꝛc ¶ Postea hec autem subdit dicens ¶ At vero in illis intellectualibus visis non fallit anima. ꝛc ¶ Et postea subiũgit ¶ Et si videntur futura ita vt omino futura noscant quorũ ymagines pñtes iudicentur. siue ipsa diuinitus adiuta. siue aliquo interpa exponente quid significent. sicut in apocalipsi iohãnis expõebatur. magna revelatio est: eciam si forte ignoret ille cui hec demonstrantur. vtrum et corpe exierit an adhuc sit in corpore: sed spiritu a sensibus alienato ista videat. vsq; hactenus Augustin⁹ ¶ ℭ Sed circa hoc q̃ri potest. que differentia est inter revelatõem que fit conficte humano intellectu. seu p illusionem in imaginatõe et intellectu homis: ¶ Et illam que fit diuinitus per intellectualem visionẽ: Respõdeo scõm Thomam de aquino. in scõa scõe. q. clxxiij. ar°. ij°. q̃ prophetia seu revelatio que fit scõm ymaginatõem. ¶ iudicium humane mentis: fit scõm vim intellectualis luminis naturalis ¶ Sed p donum prophetie diuine. confertur aliquid humane menti. supra id quod ptinet ad naturalem facultatẽ quantũ ad vtrũq; scz quantũ ad iudiciũ per influxum intellectualis luminis: et quantum ad acceptõem seu repsentatiõem rerum. que fit per aliquas species ¶ Et quantuz ad istud scõm. potest assimilari revelatio conficta humanitus aut dyabolica. revelationi diuine ꝓphetice: sed nõ quãtũ ad primum ¶ Vnde hic Thomas de aquino ¶ Ex quibus patet q̃ cum intellectuale lumen supnaturale. influitur anime existenti in ymaginaria visione. siue nõ existenti: non a dyabolo esse potest sed a deo. ¶ Concludit ergo clare q̃ cum prefata beata domia in visionibus suis. susceperit illum influxum luminis intellectualis et supernaturalis. et semper ibi affuerit aliquis exponens vt xp̃us. aut mater eius. vel angel⁹ aut aliquis sanctus. a quibus declarabantur ¶ exponebantur ei similitudines ille. et verba figuraliter sibi dicta: et ostendebãtur illi vere significatiões illorum visorum. ¶ Et patet i libris suis. Sequitur ergo q̃ omnes iste sue revelatões. et scriptura istorum librorum a deo ministrate sint. qui talia opari potens est: Non aũt ab illusore cui hec facere impossibile est: vt supra patet per Augustinũ et Thomam ¶ Quia in hoc differt visio illusoria a visione diuina ¶ Et in hoc omẽs sci patres et doctores concordant ¶ ℕ Quartum signum est in quo differt visio seu revelatio bom spiritus: ab illusione diabolica ¶ Quãdo scilicet ille prophetа seu videns. semper vera predicit et catholica misteria et documenta loquitur: ¶ honestos ac virtuosos mores indicat ¶ Et hec sunt signa q̃ talia a deo sint ¶ Quia dyabolus in illusionibus suis. interdũ dicit vera vt decipiat. et aliquando falsa. sed spiritus sanctus semper vera. et nũquam falsa predicit ¶ Quod clare probat beatus Thomas vbi supra sic dicẽs In aliquibus enim signis discerni potest eciam exterioribus. prophetia demonum a prophetia diuina ¶ Vnde dicit crisostimus super Mattheum. q̃ prophetãt in spiritu dyaboli: quales sunt diuinatores ¶ Sed sic discernitur. Quoniã dyabolus interdum falsa dicit. sed spirit⁹ sanctus nũquã. Vñ dicit deutronomij.

xviij°.capit°.Si tacita cogitatiõe respõ
æris. qnomõ possum itelligere verbũ.
quod non est locutus dominus. hoc ha
bebis signũ; Quod in nomie domini p
pheta ille põixerit.et non euenerit:hoc
dñs nõ ẽ locut⁹. ⁊c; Dicit ecia Augu
stinus in li°.xij°.super gen̄.ad litteraz.q
quãdo aliqui stantes in extasi elevatiõis
mentalis.vidntes i ymaginaria seu spi
rituali visione aliqua signa. vel ymagi
nes corpoũ.q si in hoc eos malus arri
puerit spũs. aut demoniacos facit: aut
arrepticios.aut falsos pphetas; Cum
aũt bonus.facit eos fideles misteria lo
quentes. aut accedente diuini luminis
intelligentia veros pphetas:aut ad tẽ
pus id qõ per eos oportet ostendi vidẽ
tes atq narrantes. Hec augustin⁹. Et
ideo cũ ista beata dña.semp si bene itel
liganẽ vera põixerit; Nec in omnibus
libris suis aliquid falsum vl' mẽdacium.
vel inhonestũ. vl' nõ catholicũ dixerit
Sed oia vera annũciauerit et cõfirmã
tia fidem catholicam.ac dãnantia here
ticos et semp virtutes indicauerit; Ut
patet in isto libro et in alijs libris ei re
uelatis; Ideo concludit clare. q omia
ista ex diuina grã.infusa ⁊ ostẽsa ei sint:
et non illusione dyabolica; ¶ Qui
tum signũ in quo discernunt visiones
ministrate a bono spiritu vel a malo.ẽ
fructus ille ⁊ opa que pcedunt ab illis
visionibus seu reuelationibus:qa scõm
euangeliũ nõ potest arbor mala fruct⁹
bonos facere. ⁊c. A fructibus eni eorũ
cognoscetis eos. Nam pphetia vera or
dinata et data fuit hominibus ex magna
miseratõe dei.ad humanorum actuum
directõem et ad regimen agendorum.
aut ad reuelatõem misterioz.qsi quod
dam lumen diuinũ quo homies dirige
rent et instruerentur.tam in cognitõe
fidei.quã in omibus opibus virtuosis:
scõm quod erat expediẽs ad salutẽ elec
torum; Et diuersificata fuit prophetia
semp scõm diuersificatõem temporũ et
negociorũ:sicut ponit Thomas in scõa
scõe.t°.de pphetia.articlo.ij°. capitulo
vltimo; Nam dicit prouer.xxix.cum de
fecerit prophetia: dissipabitur pplus;
Et ideo quando videmus q ex talibus
visionibus seu verbis reuelatis mẽs il
luminatur; Intellectus et conscientia
vidntis illustratur.et vita eius corrigi
tur et emendatur.conuertuntur homi
nes vicioli ad virtuosam et religiosam
vitam.et de guerra et odio ad pacẽ.de
superbia ad humilitatẽ et obedientiam.
et de malo ad bonũ:et hoc in multis p
sonis et diu perseverat; Tũc certissimũ
signum est.q tales visiones et reuelati
ones que talem fructũ germinauerũt ⁊
produxerunt.non a dyabolo. sed a spũ
sancto potius processerunt: que facere
dyabolo impossibile est.ymo totum cõ
trarium procedit a visionibus seu pot⁹
illusionibus suis; Consueuerunt enim
deuiare hominẽ a fide catholica.a bõis
moribus.a sana doctrina.et ab obediẽ
tia prelatorum ⁊ sacre scripture;ac ecia
a subiectione sancte matris ecclesie. ⁊c
Cum igitur ab istis visionibus et reue
lationibus. et verbis istorum librorum
reuelatis prefate domie beatissime.sem
per pcesserunt illa que dei sunt: et om
nis virtus et mundicia morũ.et cõuer
sio et emendatio primorum.reuelatio
misteriorum.roboratio fidei.damnatio
hereticorũ:increpatio vicioũ.et pphe
tia vera futurorũ. ⁊c. Que oia in libro
hoc.et in alijs suis libris.et per experien
tiam notoriam et manifestam.in mltis
personis et mundi partibus sunt paten
tia; Ideo cõcluditur necessario q a fõ
te purissimo et limpidissimo spũs sancti
et non a tenebroso lacu fetido illusiõis.
hec omnia flumina processerunt; Et in
isto moderno tempore vicioz caligine
tenebroso.per istam doctrinã sanctam
in agendis suis homines instruerẽtur:
et sic fugerent a terribili. et districta
iusticia diuina in hijs libris contenta.

ad gremium pietatis et miscõie ℞ ¶ Septimum signũ est q̄ hec a deo sint: ⁊ nõ a maligno spũ. mors seu finis laudabilis et virtuosus: pfone vidētis visiones. Nam sciẽdũ est. q̄ qñ alique pfone a visionibus seu potius illusionibus sub specie lucis longeue ꝛcepte fuerũt. oñente eis dyabolo mlta vera. vt in fine in vno falso eas ꝛciper: cõmunit semp inuenimus in scriptura sctõr patrũ. q̄ isti sic delusi. in aliquo errore vl' morte mala aut subitanea. aut sine perceptõe sacramentoũ in fine ipõrum. a dyabolo extincti sunt. ¶ Et hoc voluit deꝰ sem per alijs patefacere. vt a similibꝰ illusionibus coloratis ꝛceret eos cauere ⁊ per contrariũ in scis suis qui diuinis visitatõibus seu visionibus. in vita eorum consolabañ ⁊ illuminabañ: ꝛcus i eor morte operari solitus est ¶ Quia in vita eor semp eos ꝓtegenꝫ direxit: ac ipos multis virtutibus et miracul' adornauit In morte q̄ꝫ ꝓ aliquã singularẽ gratiaꝫ quasi quodam approbatõis indicio eos mirifice clarificauit: sicut patet in iohãne euãgelista et in multis similibus Sic ecã fecit cũ ista pfata sponsa sua beatissima: ipe bonus ihũs ⁊ Nam preuẽta fuit eius mira supna gracia: quia ordinato progressu ab infimis ascẽdit ad summa. Fuit eni humilitate sublimis mortificatione viuida. simplicitate prudens. omniq̄ mor honestate cõspicua. ꝓpter qõ ipe eam in vita sua mirãdis gracijs supnaturalibus extulit: et diuinis visionibus et locutõibus ad vtilitatẽ ecclesie seraphice ꝛcorauit ⁊ Necnõ ⁊ in fine vite morte ei ante pdixit. ⁊ in exitu suo insignũ approbatõis. eius corpalibꝰ oculꝭ cõsolatorie se ostẽtens: vt dilectã sponsam ad celestes nuptias ipius aiam dulcissimo amplexu recepit. vt supra dictũ est Et vite hoc clare in vltimo libro celesti. capº vltimo. et in legenda vite eius: Tali enim approbationis sigillo voluit ipe deus scripturam istoũ liboũ. eidẽ sponse diuinitus reuelatã quodãmodo autenticare: et ad vtilitatem ecclesie. ⁊ fidelium eam mirifice sigillare ⁊ ¶ Quia ei cui in vita totiens per ꝓpheticam spũalem et intellectualem visionẽ apparuit. ante eius exitũ morte ei pdicendo: se ꝓ plusquã ꝓphetica scz corporalem visionem mõstraut ⁊ ℞. ¶ Septimũ signũ boni spũs est clarificatõ miraculoꝝ m: post morte vidētis visiones ⁊ Nam qui vsq̄ ad morte ꝓ visiones a ꝛcmone illuditur: dignũ nõ est q̄ post morte diuis miraculis clarificeť ⁊ ¶ Et q̄ ista xpi dignissima sponsa. a dyabolo in visionibus suis in vita ꝛclusa nõ fuit. ꝛco post eius exitum multis et mirãdis miraculis eã xps clarificauit: per resuscitatiõem scz multoũ mortuoꝝ ⁊ ¶ Et per illuminationes cecoũ et sanationes surdoũ. et ꝓ innumeras curatões mirificas ꝛc diuersis infirmitatibꝰ infirmoũ: vt quã ipse i vita fecerat clarã. post mortem nobis ostenderet clariorẽ ⁊ ¶ Que omnia in tantum sunt notoria et manifesta. et per ꝛc cumẽta autentica diuulgata et ꝓbata. tam in regno ſwecie quã in roma et in regno sicilie. ⁊ in alijs multis partibus mundi ⁊ ¶ Ubi ad eius memoriã et reuerentiã. a fidelibus ymago eius depicta per multas ecclesias inuenit: q̄ alia nõ indiget ꝓbatione. nec aliqua possunt iã tergiuersatõe celari. ¶ Hoc ecia mentes oim ista diuinitꝰ reuelata legentiũ. ꝓparare ꝛcbet ad faciliorẽ credulitatis acceptõem et veritatis. q̄ tanta verba tantaq̄ miracla in istis celestibꝰ libris tam seriose contenta: nõ aliam fidem ꝓ dicãt nisi quã xps ꝓdicauit ⁊ Non nouũ nobis xpm nec ecia antixpm inducunt. sed eundẽ credendũ amandũ. ferueniꝰ et timendum nos admonent: qui ꝓ nobis passus in cruce fuit ⁊ ¶ Michil veritatis que in christo est subtrahunt aut addunt ⁊ Sz miscõia et iusticia eiꝰ ad ꝓfectũ salutis nře: in eis quã i alijs libris ꝓphetarũ diuinitus clarius ostenditˀ ⁊

Docent enim nos verba ista celestia il
lorum librorū deum timere recte. dilige
re pie: et desiderare celestia sapient. Pro
bate igitur vos ista predicta legentes.
et si aliter inueneritis: audacter cōtra-
dicite. Hoc habet in scō li. celesti. xiiij
capit. in fine. ¶ Cedat igit temeritas
suspitionis fallacis spūs. ac detractio su
perba et inuida stulti iudicij. 7 det loc9
gloue et gracie dei: que tanto maior es-
se dinoscit. quanto ignorātie et modice
fidei nostre videtur incredibilior. Gra-
cias ergo patri misericordiarū et deo to
tius consolatōis agamus. qui in tot se-
nescentis mundi miseriis. tot misericor
diis occurrit miseris: ne labantur i ba
ratrum desperationis.

Recapitulatio omniū predictorum. Capm. vij.

REcapitulādo igitur supradic
tuz modū examinis faciendi. in psonis que vident visi-
ones et reuelatōes. dico breuit q̄ pso-
na que in examine repitur humilis. 7 p̄
sertim si viuit sub obedietia patris spū-
alis cōtinua. cui9 discretiom oia subicit
Et mens eius in oroe rapta in extasim.
sentit singularem dulcedinē amoris di-
uini. et tunc in ymaginaria visione exis-
tens aut sola intellectuali simplici. sen-
tit influxum supnaturalis luminis intel
lectualis veritatis diuine: et manifesta
tur ei tūc veritas illius materie. Et sp
vera predicit in visionibus suis. Al qui
bus visionibus fructus edificatiōis et
emēdationis sui et primor semp proce
dit. Dico q̄ talis psona non illuditur a
dyabolo. nec visiones eius sunt illuso-
rie 7 despicietē. ymo totalit sunt diuie
et hūiliter tāquā de manu dei recipiētē
et credende. ac oīmode obediēde et exe
quēde: vt ex oībus supdictis patet bre-
uiter. 7 ex dictis oīm doctor 7 sanctor
patrū sup hac materia multifarie diffu
se loquentium.

¶ Incipit prologus libri celestis impatoris

ad reges in quo continet modus cōpi
lationis eius. Et admonentur reges et
principes q̄ recipiant hunc librū devote
et hūiliter. de manu dei et cum corde et
opere sequātur hāc doctrinā frequent

Capitulū octauum

AD p̄sentis quippe libri nūc
iam materiā descendendo.
A. Sciēdū est q̄ iste liber
infra scriptus intitulat celestis impato-
ris ad reges. q̄ revelatus divitus fuit
p spūalem et intellectualē visionē p̄liba
te beatissime dñe Birgitte. quondā se-
renissime principisse nericie de Regno
Swecie: que nata fuit vt supra dixi de
illustri prosapia et patria regum gotho
rum. Dignū nāq̄ erat vt quā impator
xp̄s in sponsam acciperet et ad reges 7
impatores specialem nunciā et q̄si quo-
dammō apostolā. cū suis nouis litteris
et vbis euāgelicis mitteret: nō plebeia
aut rusticalis prosapie. sed regalis p̄a-
ginis et nationis staret. ¶ At vero q̄
in illo magno volumie libri celestis in
quo septē libri cōtinent. multe revelati
ones ad reges et impatores pertinētes
incluse iacebāt. 7 eciā extra illud quam
plures eiusdē materie vagabantur. Et
vt oēs eiusdē materie in vno eodemq̄
volūine texerētur: ideo de illo spacioso
viridario p̄dicti libri celestis. illas ad il
ptinētes trāssumptiue extraxim9: et q̄si
flores ad fabricandā nouā coronā rega-
lem. cū aliis extra vagātibus cōtexēdo
in istū librū cōpilāvi posuimus. Beat9
enī qui legit et qui audit verba p̄phecie
huius libri. et servat ea que i eo scripta
sunt: Tēpus enim p̄pe est. ¶ Ergo o
vos impatores et reges ac oēs regine
et ceteri principes. inclinate capita vra
deo. idest humiliate mētes vras supbas
ambitione et cupidine plenas: et susci-
pite humiliter istam preciosam celestem

regalem coronam · de manu tam regal'
et pulcerrime spōse xp̄i q̄ ipe nobis per
eam tam benigne et misericordit destia
uit· ℬ Hoc est istā scām pn̄tis libri·
doctrinā que tractat qualē habitū 7 qui
bus diebus reges coronā debeāt appor
tare ; Aceciam qualē mongerosam vi
tam deuotā et honestā debeāt reges fa
cere· Qualesq; regine vxores eorū esse
debeant·Quales hoies reges ipi in con
siliarios sibi assumāt et teneant ; et q̄les
a se remoueāt et expellant·Qualit mli
tes creare et nobiles· acecia subditos
et plebeyos tractare debeant· Qualit
sua regna regant 7 rempublicā promo
ueant:et eam zelādo tenera cōpassione
custodiant· Qualiter passagium et gu
erras contra infideles·discreto ac iusto
et meritorio modo faciāt· Et vltimati
in hoc libro·ostēditur eis ex ore sedentis
in throno gladius bis acutus· iest iusti
cia dei terribilis super aliquos reges·
qui in vita sua regno et corona propter
peccata eorū privati·et morte mala 7 vi
tuperosa isto divie iusticie gladio occi
si sunt· Eteciam iusticia dei terribil' cō
tra alios reges mortuos·quoz animas
p̄fata sponsa xp̄i in divino iudicio·miro
et districto modo iudicari et cōdemna
ri videbat·Et regibus ex hoc ostenda
tur modernis· q̄ acutus et seuerus est
iste gladius divinꝰ·qui cū vna acie acu
ta scindendo·punit aliquos in honore 7
vita p̄ humiliatōem et mortem· Alios
vero cum alia acie acutiori punit post
mortē in anima· per penam horribilē et
damnatōem eternam· Et sic omnes re
ges et principes sciant q̄ apud deum nō
est acceptio personarū· sed omnino itel
ligant quā districtum· ante et post mor
tem iudicium divinū expectant· quātū·
q̄ et qualiter in suis agendis deum for
midando timeant· ¶ Idcirco nūc re
ges intelligite et eruimini ex istis:om
nes qui iudicatis terram· Seruite do
mino in timore·et exultate ei cū tremo
re:Apprehendite queso hanc humilite
disciplinam nequando irascatur domi
nus · Quia cum exarserit in breui ira
eius : beati omnes qui puro corde et
iusto opere sperauerunt in eo·Qui rex
est regum ac dominus dominantium in
secula seculorum· A M E N

Item·Quia iste liber

Ad reges pro magna parte extractus
est ab alijs libus istarum revelationum
Ideo ne idem bis in eodem volumine
poneretur ·capitula sic extracta ad suū
originem remittuntur · Qui autem vo
lunt hunc librum octauum ab alijs in
distinctū volumen redigere necesse ha
bēt singula capitula integralit reunire



INcipit liber celestis Imperatoris

Ad reges/revelatus divinitus Beate Birgitte de regno Swecie. ¶ Summus impator Xps per sponsam loquit ad Reges: ostentens se esse verū omniū creatorem et regem: in trinitate et vnitate regnantē. Et dicit qualiter mūdū ordinavit regendum/duplici potestate, videlicet/ecclesiastica et laycali, que in apostolis Petro et Paulo pcipaliter designantur.

Primum capitulum



VIdi palacium grā de. incōprehensibile magnitudie: simile celo sereno In quo erant innumerabiles psone sedētes in sedibus: indute vestibus albis ⁊ fulgidis quasi radij solis⁊ ¶ In palacio vero vidi thronū mirabilē. i quo sedebat quasi vnus homo fulgentior sole: incomphēsibilis pulcritudinis. et immense potentie dns⁊ Cuius splendor erat incomprehensibilis. in longitudine et profunditate et latitudine⁊ ¶ Virgo autē quedā stabat iuxta sedem throni. mirabili fulgore coruscans: habens in capite pciosam coronam⁊ Et omēs illi assistentes serviebant sedenti in throno. laudantes eū in hymnis et cāticis: et honorabant illam virginem reverēter. vt regnā celorum ¶ Ille igitur qui sedebat in throno/voce honestissima dixit michi⁊ Ego sum creator celi et terre. vnus cū pre et spiritu sancto verus deus. Quia deus est pater/deus filius/deus spirit⁹ sanctus: Non tres dij. sed tres psone et vnus deus⁊ ¶ Nunc aūt querere poteris Si tres sunt psone. quare nō tres dij⁊ Respondeo tibi. q deus est ipa potētia. ipsa sapiētia. ipa bonitas⁊ A quo ē omnis potestas infra celū ⁊ supra: Omnis sapiētia et omis pietas que possit cogitari⁊ Itaq deus trinus est ⁊ vnus⁊ Trinus in psonis: vnus in natura⁊ Nā potentia ⁊ sapiētia est pater. a quo sūt omnia. et qui est ante oia potēs: nō aliūde. sed a seipo et eternalit⁊ Potentia et sapientia ecia filius equalis patri. nō a seipso potens. sed a pre potenter et ineffabiliter genitus: pncipium de principio. et a patre nūquā separatū⁊ Potentia ⁊ sapiētia ecia spūs scūs. a pre et filio pcedens. eternus cū patre et filio et eccl̄is. in maiestate et potestate Vnus ergo deus ⁊ tres psone. qa vna natura trium. vna opatio et volūtas: vna gloria ⁊ potestas Qui ita est vnū in essentia: q eciam sunt distincti ꝓpetate psonarū Nam totus pater ē in filio et spū. et filius in patre ⁊ spū: et spūs in vtroq: in vna deitatis natura. Nō sicut prius ⁊ posterius: sed ineffabiliter vbi nichil est prius aut posterius. nichil alio maius aut minus vel alterius: sz totū ineffabile ⁊ equale Propterea bene scriptū est. q deus est mirabilis: et multū laudabilis⁊ ¶ Beitas quippe misit verbum suū marie virgini: p angelū suū gabrielem. Nichil ominus tn idem deus mittēs et missus a seipso. erat cū angelo: erat in gabriele. et aī gabrielē in virgie⁊ Dicto aūt verbo ab angelo: verbū factum est caro in virgine⁊ Hoc verbū ego sum qui loquor tecū. Pat enī misit me p seipsum cū spū sancto. in ventrē virginis. Nō sic q angeli caruerint visione et pntia deitatis mee: sz ego filius. q fui cū patre et spiritu scō in vētre virgineo. idem erā in celo cū patre et cū spū in visiōe angelor. oia gubernās omiaq sustētans: licz humanitas mea a me solo assūpta, reqeuit

in ventre marie. ¶ Ego igitur in vita te et humanitate vnus deus. ad ostensionē caritatis mee. ⁊ in robur xp̄iane fi dei sancte: non ꝺigno⁹ loqui tecū. Et licz humanitas mea viꝺeatur esse iuxta te et loqui tecū: verius tn̄ est. q̄ anima tua et intelligētia tua mecū est et in me Michil enim michi est impossibile. et nichil difficile: in celo et in terra. ℣. Ego quippe sum sicut rex potens. q̄ cū exercitu suo venīs ad ciuitatem: omia loca implet oia occupat. Sic grā mea omia membra tua replet. oia fortificat. Ego ꝺenicz sum in te et extra te. Ego quāuis loquo⁹ tecū: idem tamen sum in gloria. Quid michi difficile est. qui potentia mea omia sustēto. sapientia mea omia ꝺispono: virtuositate mea omia supero⁹? ¶ Ego igitur cū patre et spiritu scō. sine principio ⁊ sine fine vnus ꝺeus/ qui p̄ salute hoīm in humanitate assūpta. deitate illesa pmanente: vere passus fui. resurrexi et ascēdi: nūc veracit̄ loq̄r tecum. ¶ Ego sum verus et summus impato⁹ et dn̄s. Nullus eni dn̄s est me excellētio⁹. nec āte me fuit. nec post me erit: sed omne ꝺominiū est a me et p me Ideo ego sum verus dn̄s. nec aliquis vere dn̄s dicendus est nisi ego solus. q̄ a me est omis potestas et dominatio: ⁊ potentie mee nullus resistere poterit⁊ ℟ Ego ecia sum rex corone⁊ Nūq̄ spōsa mea scis tu quare ꝺixerim rex corone⁊ Certe deitas mea sine principio erat: et sine fine erit et est⁊ Hec igit̄ deitas merito corone assimilatur. quia corona sine pncipio et sine fine est⁊ Sicut autem i regno corona seruatur regi futuro: sic deitas mea seruabatur humānitati mee. qua ip̄a coronaretur⁊ ¶ Ego autem habui duos optimos famulos: vnus eorū erat clericus. ⁊ alter laycus Primus erat Petrus apostolus meus clerici officium habens: scōus fuit apostolus paulus quasi laycus. Petrus fuit alligatus coniugio. qui videns coniugium cum officio clerici non posse conuenire. et rectitudinē mentis sue. in incontinentia periclitari perpētens: separauit se quantū ad cōmixtionem carnalem a coniugio quamuis licito. et pfecta mente adhesit michi⁊ Paulus autem castitatem seruauit: et se immaculatū a thoro custoꝺiuit⁊ ℟ Ecce qualem caritatem cū istis duobus feci. Mā petro ꝺedi claues regni celoꝝ. vt quecumq̄ ligaret et solueret in terra: ligata et soluta essent in celis Paulo vero ꝺedi. vt simil̄ petro fieret in gloria ⁊ honore⁊ Et ideo scias. q̄ sicut in terra pares fuerunt et coniuncti: sic nunc in celo in gloria perpetua coniuncti sunt et glorificati⁊ Sed licet istos duos exp̄sse nominaui: tamē in eis et cum eis. alios pontifices et reges et amicos meos intelligo. Quia sicut olim in lege. ad solū israhel quasi ad vnum hominem loquebar. cum tamen totum israheliticū populum notabā: sic nunc in istis duobus plures intelligo. quos gloria mea et caritate mea repleui⁊ ¶ Procedente autem aliquo tempore. ceperunt mala multiplicari et caro infirmari: et proclivior solito ad malum esse. Propterea vtriq̄ statui clericorum scilicet et laycorū. quos in Petro et Paulo intelligo. misericorditer consulens: permisi clericos bona ecclesie ad vtilitatē corporis moderate habere: vt eo feruentiores ⁊ frequentiores essent in seruitio meo. Placuit eciam michi. q̄ layci honeste viuerent in coniugio suo: iuxta ritū ecclesie

Summus Imperator

xp̄s. disponit hic primo de regibus. quales consiliarios ꝺebeant habere. et ꝺat eis decem consilia vtilissima et moralia

Capitulū. Scōm.

EGo sum verus rex. et nullus ē dignus vocari rex nisi ego: quia a me est omnis honor et potestas. ℟ Ego sum

qui iudicaui primum angelum: qui ceci dit ꝓpter superbiam, cupiditatem et inuidiam Ego sum qui iudicaui Adam ⁊ Cayn et totum mundū: immittēdo propter hoim peccata diluuiū ⁊ Ego idem sum qui populū israheliticum permisi in captiuitatē venire: et eum in signis mirabilibus. de captiuitate mirabiliter eduxi. ⁊ In me est ois iusticia. et erat sine principio: et sine fine erit ⁊ Nec aliquando iusticia minuitur apud me: sed semp vera in me permanet. et immutabilis ⁊ Et quia rex iste specie querit a te humiliter, quomodo in regimine viuat iuste et prudenter. Ideo ego indicabo ei ⁊

¶ Decem igitur sunt ei facienda ⁊ Primum est. ꝙ removeat a se illos consiliarios. quorū corda sunt ambitiosa et cupida. quorum lingua duplex et dolosa: quorū oculi sunt ad spiritualia lippientes ⁊ Eligat vero illos. qui non vendūt iusticiā pro pecunia. qui erubescunt mēdacium ⁊ assentationes. qui diligunt rem plusq̄ carnalia: et qui proximorū miserijs compatiūtur ⁊ ¶ Scōm est. ꝙ volo ꝙ ipe rex adiuuet suo subsidio. ad edificatōem monasterij tui: cuius regulam egoipse dictaui. ¶ Tercium est. ꝙ ipe mittat vasallos suos et gentes. ad illa loca infidelium: vbi fides catholica et caritas augeri potest ⁊ Nam ideo vasalli sui interfecti fuerunt in ciuitate hamis: quia ipse ambiuit partem regni alienꝝ xpianorum ⁊ B Quartum ē. ꝙ ipse rex legat quotidie horas btē virgins matris mee. Et cum iudicia et alia ardua iter manus habuerit: dimittere potest horas diei ⁊ Audiat eciā duas missas priuatas. vel vnam cantatā. omni die ⁊ Recolatur quoq̄ omni die quinq̄ vicibus. de quinq̄ vulneribus meis: que pro eo sustinui in cruce ⁊

¶ Quintum est. ꝙ ieiunet vigilias sanctorum ⁊ matris mee. que ab ecclesia scā constituta sunt ⁊ Sextam vero feriā ieiunet in piscib⁹. et sabbatum si voluerit in lacticinijs Quadragesimam vero obseruet iuxta morem patrie ⁊ Sed hoc attendat in ieiunio suo. ꝙ sit moderatus. et temperatus. ne propter inconuenientia ieiunia. aut propter indiscretas vigilias. et prolixas orationes priuatas. tepidus sit in consilijs. aut remissus in iudicijs faciendis Sed quando labor maior ei accreuerit. tunc obediat consilio et potestati. et dispēsationi prelatorum ecclesie mee. ¶ Sextum est. ꝙ quemlibet decimuz denarium qui fisco regio debetur. tribuat in elemosinā pauperibus ⁊ Si vero aliqua alia. pie supererogare ob amorem meū voluerit certa de causa. maior tunc erit ei merces. ¶ Septimū est. ꝙ omni feria sexta colligat tredecim pauperes. et lauet pedes eorum. et tribuat eis victum et pecuniā manu sua. nisi forte fuerit in via propter quā talia sunt omittenda. Ipsa quoqz sexta feria exoccupet se totum. quando habet residentiā quietam. et audiat illa die querimonias subditorum cōmunitatis regni. et tunc eciam inquirat de fidelitate et regimine prepositorū. et iudicū regni et vasallorum. et de exactoribus/ seu collectoribus tributorū. et redditum regalium. ¶ Octauū est. ꝙ ipe rex sit discretus in donis suis: vt sic vni tribuat. ꝙ alijs nō sit auarus. Et si alicui pro vite merito et amplioꝛi labore. plusquā alijs donare voluerit. hoc eciam faciat cum maturitate et cautela: ne notetur in rege ineqlitas. vel occasio murmurationis. Quia nichil sic reprehensibile in potentibus dñis est. sicut prodigalitas: aut nimia tenacitas. Et nichil ita decet et ornat regem. sicut impare cum modestia: et laborantes in seruitio suo remunerare cum caritate. ¶ Poterit eciam rex dare dona sua. eciā extraneis conseruātibus pacem regno suo: et hijs qui necessitatem patiuntur/ Sic tamen hoc faciat. ꝙ vasalli et familiares proprij. non negligantur aut

obliuiscantur; ¶ Nonum est. ꝙ legem dei nō transgrediatur. nec nouas inducat consuetudines: cōtra statuta laudabilia; Nec potestative disponat et iudicet. que occurrūt menti eius. sed iuste secundū legem dei et regni agat omnia: quia non decet regem multa precipere et nichil agere. iusticiamq; relinquere. et crudeliter impare; ¶ Decimum est. ꝙ rex se talem opibus exhibeat. quatenus dignus sit nomine regio: fugiendo cupiditatem. et diligendo veraciter humilitatem; Quia quāto rex maior est ceteris. tanto humilior sit corā deo: a quo omnis potestas est. Qui ita in iudicio ratōem strictā exiget a rege. sicut a populo et plebe;

Summꝰ impator xp̄us

dispoint hic. ꝙ reges pre ceteris portēt honestum habitū; nobiliorem. in signū dignitatis et p̄eminentie: et dicit quibꝰ diebus et solemnitatibus. debeāt portare regalem coronam.

Capitulū terciū.

Iius dei loquitur. Quia homo contempsit obedire deo. ideo necesse est vt obediat homini simili sibi. ¶ Et quia rex a deo constituitur. ad iudicandum et regendum iuste: ideo dignū est vt honoretur et timeatur a subditis Ergo vt rex discernatur ab alijs: necesse est vt habituꝫ discretū et honestum. et honorabilē habeat pre alijs. Quia sicut honor regis ē iusticia et iudicium: sic honor plebis est pulcritudo regis. et honestas eius Propterea p̄mittitur regi habitus honorabilis et honestus. Quē cum portauerit non superbiat ex p̄missione sed humilie et se: considerando onus officij sui;

¶ Hijs autē diebus debet rex portare coronā in capite: scilicet in die natiuitatis mee. Apparitionis. Resurrectionis Ascensionis. Penthecostes. Assumptionis matris mee virginis: Exaltatiōis crucis. et omniū sanctorum; Et omnibus illis diebus. quibus iudicia generalia tenet: et diebus illis quibus facere debet milites; Nam sicut in diebus festiuis humanitatis mee. et glorificationis sanctorum meorum. totus exultat celestis exercitus. ꝑpter beneficia mea sic de iusticia regis que notatur in corona. gaudere debent iusti in terris Et de retributiōe regis iusti: exultat tota curia celestis;

Summus Imperator

xp̄s. dat hic decem consilia salubria regibus: q̄bus debeant regere se et regna

Capitulū quartū.

Iius dei loquitur ad sponsā dicens. Dixi regi prius quosdā gradus. per q̄s ascendere potest ad celestia; Quos si tenuerit et seruauerit. tanta facilitate ascendet ad celum: sicut ille qui vitam tenet contēplatiuam. Nunc autē consulere regi volo decem consilia; ¶ Primū est ꝙ in mensa sua non sit solus. sed cum aliquibus subditis suis sedeat. q̄ ex eius presentia consolabunt corpaliter et spiritualiter: quia ex hoc a peccatis et inhonestatibus abstrahuntur ¶ Secūdū consilium est. ꝙ post mensā stare potēit: et honeste modicum solaciari. Quia ex hūli collocutiōe. et collatione domestica subditorū: acquirit grām; amorē Et tunc audiet multorum rationes et opiniōes/aut imitādas aut reprobādas ¶ Tercium consilium est. ꝙ in omibus iudicijs et opibus suis sit misericors et iustus. Et nec ꝑpter amicitiā vel falsam compassionem. nec propter p̄uatuꝫ bonum suum. aut propter temporalem vtilitatē seu timorem. dimittat exercē iusticiam; Nec propter iram seu impatientiā. negligat aut obliuiscatur miseri cordiā. q̄ indecēs est regi vinci ab ira: et iudicem iudicare subito. aut p̄cibus a via iusticie deuiare.

Quartum consilium est, q̄ rex nō committat regimina et iudicia sua facienda illis, quos sciuerit esse partiales ⁊ cupidos: aut illis qui fraudulenter sciūt extorquere pecunias Quia tales faciliter deviant a iusticia. Sed inquirat rex illos, qui a natura bene ordinati, progenitorum suorū imitantur bona vestigia: et qui magis iusticie opera diligunt q̄ dari. ¶ Quintum est, q̄ cōtinue inquirat rex, qualiter observatur lex et iusticia in regno suo: et illos quos delinquētes corrigere poterit, non dimittat impunitos Et caveat, q̄ non nimis emungat pecunias et emendas a delinquentibus ⁊ Nec aliqua calliditate oppīmat innocentes ⁊ Sed cum humilibus agat mitius, et severius punat induratos: servata in omibus iusticia et misericordia ⁊ Et vbi humilitatem maiorem viderit: misericordiā superexaltet equitate ⁊ Sextum est, q̄ continue rex discutiat iudicia et opera sua. Et si ex facili et subito mentis impulsu errasse se viderit: non erubescat corrigere vl̄ retractare, que male acta sunt ⁊ Non enim ipe sapientior est david, qui eciam errauit Nec sanctior propheta: qui credens mendacio, occisus est a leone. ¶ Septimū est, q̄ non sit nimis subitus in agēdis, sed providus et circumspectus, considerando finem negociorū, imitatur eciam consilijs sapientū et expertorū, et timentiū deum: quibus et obediat, et seipsum non abscondat ab eis ⁊ Quia degeneris et suspectiosi est animi, consiliarios q̄batos habere suspectos: et consilia mature et sobrie tractata cū adulantibus et assentātibus retractare. ¶ Octauū consilium est, q̄ caveat lenitatem verborum et morū in omnibus, eciam apud familiares et domesticos suos ⁊ Fugiatq̄ adulatores et assentatores quasi scorpionem, quia eū fovent in peccatis, et scandalizant bonos. Nam talem cōvenit esse regem, q̄ timeatur a iuvenibus, honoretur a senibus, laudetur a sapientibus, diligatur a iustis, et ab oppressis cordialiter desideretur. ¶ Nonum est, q̄ rex non cōmunicet hijs, qui ab ecclesia excōmunicati sunt, nec foveat illos, qui deum et mandata eius veritent, sed informet eos verbis, et ammonitōibus caritatis, et nisi resipuerint, ostendat eis severitatem suam: et subtrahat eis beneficia sua ⁊ Nam honor regis est, divina super omnia diligere: et dei honorem suis viribus augmentare ⁊ ¶ Decimū consilium est, q̄ populum ⁊ cōmunitatem regni sui diligat Milites suos clemēter ꝓtractet: et beneficia parentū, in filijs recordetur ⁊

Imperator ꝓpōs cōsulit regibus, q̄ aliquādo legant exempla sanctorum, quibus corda excitantur ad deū: et dat vni regi duos consiliarios spirituales optimos, vt eis obediat: et vt alij reges ad similia ꝓvocentur.

Capm̄ quintū.

Filius dei loquitur ad sponsam. Scriptum ē de quodā rege, q̄ dormire non valens fecit sibi afferri annalia seu cronicas ⁊ Sic rex iste ꝓ quo tu oras, quia puerilis est, faciat sibi legi sanctorū opera et exempla, et gesta fortiū, in quibus excitabitur animus suus ad deum: et addiscet, quomodo interdum inter curas regni, honestis solacijs possit se occupare. ¶ Insuper constituo ei duos amicos meos, qui sint ei quasi due matres ⁊ De vno vero eorum habebit ipse lac ⁊ panem: de alio vero vinū et medicinā ⁊ Et primus indicabit ei, quomodo et in quibus peccat Quomodo satisfaciat de erratis, quomodo cōsolari possit in tribulatiōe: quomodo mitigare me possit iratum ⁊ ¶ Et de secūdo habebit sapiētiam in dubijs, et solutōem misteriorū: et prudentiam regendi, et defendendi

regnum suum. Igitur si istis obedierit. proficiet ad deum et ad homines. Nec tamē sic istis duobus obediat: q̄ alij cōsiliarij contemnātur. Sed cum istis audiat plurimorū consilia: et eligat cū deliberatione meliora.

Imperator xp̄s docet

reges diligere populos subditos. tenendo rectos modos regiminis: precipiēs eis. q̄ amoueant cōsuetudines iniustas et prauas.

capitulū sextum.

Dixit dei loquitur ad sponsam. Dixi prius. q̄ rex diligeret populū et cōmunitatem regni sui. Tunc autem ostendit se diligere eam: quando eam p̄mittit vti legibus aprobatis. Si super cōmunitatez et populum. crudeles nō dominant exactores et collectores: si nouis adinuētionibus et impositionib⁹ tributorū. nō oneratur populus. Si hospitalitate onerosa et insolita. non aggrauatur. Poterit tamen rex ad impugnatōem infidelium. humiliter petere auxilium a populo et cōmunitate regni: si necessitatur. Sed caueat. q̄ necessitas illa non veniat in consuetudinem et legem. Studeat eciam rex. ammouere consuetudines contrarias saluti animarū. Et maxime illam diutine antiquatā. que continet. q̄ quādo naues in littore potestatis sue periclitantur tempestate: dñi nauium et mercimoniorū. priuātur bonis que littori aduehūtur. O quā impijssima crudelitas ē: afflicto afflictōem addere. Sufficit enim afflicto ad cumulum doloris sui. perdere nauem: vt bona alia nō distrahantur. Ergo rex istam consuetudinem. et alias prauas et iniustas. auellat a regno suo: et inueniet maiorē gratiā. et profectū. in oculis meis.

Imperator xp̄us dicit

regibus. q̄ si eum volunt honorare. seruent precepta et verba eius. et augeant eis honorem: amando animas subditorum. quas ipe redemit suo proprio sanguine.

Capitulū. septimū.

Dixit dei loquitur ad sponsam de quodam rege sibi dicens. Si iste rex velit me honorare. ꝛc. Require in quarto libro. capitulo. xlviij.

Omniū imperator xp̄s

ad ostendendum regibus. q̄ regine debent eligi deuote et virtuose: ostendit hic exēplo suo. qui elegit iter omnes feminas virtuosiorem omni virtute. in matrem ac reginam celorum.

Capitulū. viij.

Dixit dei loquitur sue matri virginī. ℣ Ego sum coronat⁹ rex in deitate mea sine principio et sine fine. nec inicium habet corona mea nec finē: significans potestatem meam: que non habuit principium. nec habebit finem. ℭ Verū ego aliam coronam habui custoditam i me: que quidem corona sum ego ipe dei. ꝛc. Reliqū huius capituli. require in quinto libro. reuelatione post intro. nonam per totum.

Imperator xp̄us loquēs

sponse. de quadā regina nouiter despōsata regi. dicit. q̄ ex illo cōiugio nō oriet̄ salus regno. sed tribulatio: qa ipsa de damnato semine ab ecclesia nata ē. et infra etatem legitimā desponsata

Capitulum. ix.

Dixit dei loquitur sponse de quadam regina. quā rex acneperat in coniugem. de semice damnato ab ecclesia: et infra etatem legitimam. dicens. ℭ Attende filia et scias. q̄ in omni coniugio xp̄iano tenetur esse etas et consensus legitimus: sed in istis nichil horū est. Et ideo istud matrimonium. simile ē pupis et ludo puerili.

ex eo. q̄ gloria tēpalis ab istis querit: ⁊ non lex xp̄iana. et honor dei ⁊ Et ideo ex isto coniugio orietur tribulatō. ⁊ nō salus regno ⁊ Et licet ista nouella regina. filia parentū damnatorū ab ecclesia nō portabit iniquitatem patris: nūquā tamen de semine prouocātis me ad irā. veniet populo salus ⁊ fructus. Et ideo ysaac monuit filiū suum. recipere vxorē de generatione sua. ne ipe contaminaretur a p̄fo: cui iratus erat deus.

Mater dei monet quādam reginam mundanā moribus. q̄ cōuertat se ad deum. dando de se deo folia flores et fructū virtutum: in loquendo et audiendo bona. et amando deum et proximum. Capl'm. x.

Mater dei loquitur sponse discens. Dic regine q̄ ego mat̄ misericordie. recepi eam tanquā nucleum i pomo corrosum. qui nō erat pulcer ad vitandum: sed amarus ad gustandū. et insipidus ad glutiendum ⁊ Clerūtamen plantaui eam in terram longiquā. vt portaret fructum bonū. Ergo sicut arbores proferunt de se folia flores et fructꝰ. sic ipa debet portare folia virtutum. scilicet audiendo libēter verba dei: que vtilia sunt anime. et similia foliis arborum. Loquatur eciam illa que honoris sunt dei. ⁊ vtilitatis proximoꝝ: quia tunc ipsa portat pulcros flores Diligat quoq; deum ⁊ primum. et tunc habet optimū fructum. ¶ Sed ipa nunc loquitur libēter scurrilia. et ea quibus acquirere potest mundi honorē et fauorem. et ideo conuertat se ad me. scilicz portando filio meo. auditu ⁊ locutione ⁊ opere caritatis: fructum illum qui ei dulcis sapit. Hoc est aiam suā: quā p̄cordialiter desiderat possidere.

Xp̄s reprobat vnumvotum continentie coniugalis. quod q̄dam rex et regina coniuges. vouerunt sine consilio. et deliberatione matura: ne inde maiꝰ malum et detractio oriat.

Capitulū. xj.

Quidam rex et regina. habuerūt duos filios: voluerunt votum castitatis et cōtinentie inter se. Super quo requisita sponsa q̄ oraret deū. xp̄us apparens/ dixit ei. Scriptura dicit. q̄ homo non p̄sumat separe. quod deus coniunxit. Quis enim audeat mutare illud. quod rationabiliter in lege dei. approbatum ⁊ sanctitum est ⁊ Cleruntamē ex iusta causa. carnale bonum. quādoq; mutari potest in spirituale bonum. et tunc nō est solutio coniugij. sed translatio quedā: quando duo cum deliberatione matura ⁊ consilio. consentiunt in melius bonum. ex caritate dei. Sed iste rex et regina consenserunt in vnum apparēs bonum. sed non discretū: quia altera pars cōsentit voto continentie ex feruore nouicio: et ex zelo indiscreto. et leuitate animi Alia vero pars ex quadam placētia et impulsu subito: et causa fugiēdi dolores ⁊ Ideo tutius est ⁊ laudabilius. redire ad primam legem. matrimonialis copule ⁊ Ne forte si indiscreta continuauerint. et temptationes creuerint. ⁊ penitudo assumpti ꝓpositi accesserit: oriat inde maius malum et occasio detrahendi dicClerūtū in istis faciant isti duo. scōm consilia sapientū. Quia non est peccatū retractare sapienter: quod indiscrete inchoatum et attemptatum est.

Xp̄us docet hic reges.cum quali discretione debeant reprehendere vxores suas. et monet pulcre vnaz reginam deuotam. q̄ sit humilis et compassiua miseris. plena caritate. prudens et modesta.

Capl'm. xij.

Filius dei loquitur ad sponsam Ibi arista essz iuxta cor non est subito et precipitanter auellēda: sz paulatim et lenit̄ resecāda ⁊

Sic mulier bona est ⁊ diligenda. sed tamen homini tenenti ad pfectōem: quāwꝙ impedimentum est⁊ Et ideo homo qui ligatus est ad vxorem per matrimonium. vbi videt periculum suū. quāwꝙ lembus verbis vtat̄. more monitoris. quandoꝙ moderate seueritatibus. more doctoris: quandoꝙ more medici resecationibus⁊ Quia mulier prudēter audienda est vt consoletur. modeste et secrete arguenda est ne contemnatur: honeste erudienda. et quādoꝙ non audienda. ne iusticia dimittatur. ¶ Propterea ad reginam pertinet humilitas animi. modestia operum. prudentia agendorum: compassio miserorū. Nam prudētia mulieris mitigat⁹ est dauid. ne faceret peccatum⁊ Humilitate pueit hester ad regnum. et perseuerauit⁊ Sed superbia et cupiditate. deiecta est iezabel⁊ Et maria mater mea. ꝓpter compassionem et caritatem. facta est mater omnū: in celis et in terris⁊ ¶ Ergo quia regina ista pro qua tu oras. per te querit a me consiliū: respondē ei ex parte mea. ⁊ dic ei⁊ Q̄ ipa habet aliquas infusiōes ⁊ suggestiones. a duobus spiritibus. scilicet a bono et malo spiritu: quas ego indicabo tibi alia vice⁊

Xp̄us ostendit sponse cogitationes suggestionuꝫ boni et mali spiritus. que in corde regine supra proximo dicte certabant inter se: et determinat dn̄s quid ipa ē illis ēbeat eligere.

Capl'm. xiij.

Xp̄us loquitur sponse dicēs⁊ ℟ A duobus spiritib⁹ suggerunt̄ ⁊ infūdūtur cogitatiōes. ⁊ infusiones in cordibus hoim. A bono spiritu scilicet et a malo. Bonus nempe spiritus. suadet homini futura celestia cogitare. ⁊ tempalia nō amare. Spiritus vero malus. suadet homini diligere illa p̄sentia/que homo videt. lenigat peccata. allegat infirmitates: et proponit exempla infirmorū. ⁊c. Residuū huius capituli. Require in. iiij°. libro. iiij°. capitl'o per totum.

Xp̄s dicit sponse de regina supra proximo dicta. ꝙ illa reputat graue dictū consiliū dei. ideo annūciat ei. ꝙ nisi obedierit cito. vita ei⁹ erit brevis. ratio reddenda in iudicio grauis: et finis doloros⁹.

Capl'm. xiiij.

Xp̄s loquebatur ad sponsam. de regina supra proximo dicta. dicens. Regina illa de q̄ prius dixeram tibi. consilium quesiuit a me per te. et audito consilio quod dedi ei. videtur sibi grauissimū. Et ideo modo dic ei. ꝙ erat quedam regina tempe helye prophete. que dilexit quietē suam plusq̄ me. et persequebatur verba veritatis. ⁊ credebat stare per prudentiam suam: ideo contigit. ꝙ non solum contēpta et despecta fuit ab omibus. sicut prius honorata: sed eciam in morte sua tribulata fuit⁊ Et propterea ego ds̄ qui clarius video et scio futura. dico nunc isti regine. ꝙ tepus suū breue est. Cōputus quem redditura est in die iudicij. grauis est. Et finis suus non sicut principium erit: nisi obedierit verbis meis⁊

Beata agnes exponit sponse. vnū currū materialem pomposum In quo quedam regina superba sedebat: dicens. ꝙ ille est currus supbie. cum rotis viciorū. Cuius auriga est dy abolus. Et describit alium currum spiritualem. cum rotis virtutum: cui⁹ auriga est angelus.

Capl'm. xv.

Beata agnes apparuit sponse xp̄i. et loquebatur ei de q̄dam regina superba ⁊ pomposa. dicens. ℟ Elidisti filia dn̄a supbam in curru supbie. ⁊c. Req̄re in quarto libro. capit°. xvij°.

Xpūs prohibet cuidā regi. ne recipiat quendā adulatorem et sagacem in consiliarium. quia cupidus et dolosus est: et cōminatur regi. si contrarium faciat.

Capitulū. xvj.

Filius dei loquitur ad sponsā. de quodam sagaci homine adulatore. quem rex quidam volebat exaltare: ⁊ in consiliarium recipere dicens. Ille homo quem tu cognoscis. quem nūc rex in consiliarium recipere vult: lupus est. Et quid aliud facturus est. nisi ut rapiat ⁊ glutiat ⁊ fallat? Jō dico. q̄ si amiciciam meam querit inuenire rex: caueat ⁊ recedat ab amicicia ⁊ conuersatione illius. Non tribuat ei vnū minimū passum terre: quā ille querit ab eo. Non iuuet eū hominibus/vel muneribus suis. Quia ille vellera habet ouina. siti inextinguibilē: ⁊ fraudis venenū in corde. Si vero rex audierit consilia eius. ⁊ vult amiciciam eius. et dissoluerit se cū eo. cōfidendo plenarie de eo. reprobabitur a me: et erit prouerbiū ⁊ ridiculum multorū dicentium. Ecce rex similior est asino coronato: q̄ principi. Et etiam timendum est ei: ne cū uigore amittat regnū. Filius loquitur Bña illa prius michi cara. nūc conuersa retrorsum. querit de semine lupi fructum coniugij de fructu suo: contra voluntatem meam. ⁊ verba mea. Jō scito pro certissimo. q̄ de fructu eius non gaudebit. nec radices altas dabit semen eius. nec incole gaudebunt de herede: quia rex iusticiaz non habuit ad regnū. quia minor supplantauit maiorem.

Xpūs prohibet cuidā regi. ne recipiat amiciciam cuiusdā magni dñi alienigene. introducēdo eum in regno suo. quē comparabat vulpi: quia dolosus ⁊ supbus est. et depredator est simplicium.

Capitulum. xvij.

Xpūs loquitur sponse dicēs Rex querit auxilium et amiciciam vulpis. Sed que est consuetudo vulpis. nisi simulare se mortuā ut rapiat simplices aues? Si intrauerit cubile anserum. non contētatur comedere vnū: nisi vt interficiat omnes. Sic iste. si obtinuerit ptē terre. non quiescit donec habeat maiora. et tunc seminabit discordiā: quia indigene cum extraneis non concordabunt. Et ideo fugiatur cōuersatio eius: sicut sibilus serpentis venenosi. Quia si psecerit. rediget terram in ruinam. et anseres simplices deplumabit. Consiliarij vero regni ⁊ rex laborēt. vt pecunia que ratione dotis sibi debetur: soluatur ei. Quia scōm cōmune prouerbiū. melius est esse ante cautum: q̄ post pericula prudentem.

Filius dei loquitur. Jam de semine vulpis et vipere. eleuauerūt sibi caput. quod deplumare nouit/non sanare. qō erit eis non in magnū gaudium. nec in iusticie augmentum: quia generatio illa michi displicet. et leta principia eius/obfuscabit finis doloroſus.

Xpūs dat cuidā regi duos consiliarios optimos. habētes diuinam caritatem/et zelū iusticie. ostendens per hoc regibus. q̄ tales consiliarios recipiant. et nō negligentes ⁊ mūdum amātes: ⁊ declarat quare amicos suos deus exponit tribulationibus.

Capitulum. xviij.

Filius dei loquit sponse/oranti pro quodā rege dicens. Si rex iste laborare voluerit pro conuertendis animabus: duos consiliarios ei constituo. qui regnū regēt. Primus diligit me plusq̄ se ⁊ sua: paratus est etiam mori pro me. Secundus iaz assumpsit cornua agni. paratus obedire michi et non carni: sed spiritui obedire Sed quereres poteris. cur amicos meos expono tribulationibus? Respō-

